BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

RESPONSORVM IVRIS

OCTAVII GLORITII

PATRITII TROPIENSIS

COMITIS PALATINI

I. C. INTEGERRIMI,

Meſſanenſis Collegij, & in publica illius Vniuerſitate, Primarij iuris Pontificij, & extraordinarij ſtudorum, Acutiſſimi interpretis.

PARS SECVNDA.

Pro Nobiliſſima, & fideliſſima Vrbe MESSANAE,

Reſponſum Duodecimum, & Decimumtertium.

Cum Indice rerum, & Sententiarum omnium, quæ in eis continentur.

OPVS IVRIS PROFESSORIBVS TVM IN FORIS, Tum etiam in Palatijs vtile, & neceſſarium.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.



VENETIIS, M. DC. XXIIII.

Apud Ioan. Antonium Iulianum.

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO SENATVI MESSANENSI

DD. ANTONIO IACOBO Lentini, & ſan Baſili, Don Palmerio de IOANNE, Don Franciſco Marullo, Ioanni Petro Arena, Don IACOBO Campulo Baroni Buonuicino, & JOANNI Tuccari.

Illam diligentiſſimam operam, quæ pro Nob. Mamertina Vrbe, lingua, aut calamo, nullibi gentium indefeſſa pepercit; nuper hiſce quoque lucubrationibus, immenſum ſuæ voluntatis affectum perſpicuè teſtantem. Octauius Gloritius, vir Tropienſis Patricius, Iuris Conſ. & Comes, pro dilectiſſima Vrbis tutela.

D. D. O.

Digitized by Google

RESPONSVM DVODECIMVM.

SVMMARIVM.

1 *Superflua non ſunt, quæ, dubitationis tollendæ gratia, afferuntur.*

2 *Facti ſpecies, & quid in ea controuertitur.*

3 *Præſumptio iuris, in foro exteriori attenditur, quæ eſt liquidiſſima probatio, & ſecundum illam iudicatur, etiam in foro eccleſiaſtico, & nu 5. & 29.*

4 *Lex poſitiua fundata in præſumptione, non habet locum in foro animæ, quando veritas eſt in contrarium.*

5 *Hæres in foro eccleſiaſtico tenetur vltra vires ob non confectionem inuentarij.*

6 *Eccleſia non iudicat de occultis.*

7 *Excommunicationis cenſura, de qua in hac facti ſpecie quæritur, quæ ſit.*

8 *Excommunicatio reſeruata in bulla Cœnæ Domini contra vſurpantes eccleſiaſtica, quid præcipuè requirit ad illam incurrendam, & num. 28.*

Verba, vbi ſunt clara, non indigemus gloſa, ibid. & nu 81.

Verba legis, vbi non conueniunt, nec illius conuenit diſpoſitio, & maximè in pœnalibus, præſertim in ſententia excommunicationis, & nu. ſeq.

10 *Excommunicatio lata à Canone, non comprehendit caſum, in quo verba Canonis nõ conueniunt.*

11 *Iuriſdictio an, & quando veniat ſub conceſſione Principis ſimpliciter facta, & n. 70. 71. & 76.*

Quid de mero, & mixto imperio, Ibi. & nu. 70 71. & 72.

12 *Animus, qualis fuit in præcedentibus, declaratur ex poſtea geſtis.*

13 *Iuriſdictio omnis, an dicatur conceſſa ſub conceſſione facta cum iuriſdictione, vide. num. 72.*

14 *Iuriſdictio, & illius poſſeſſio, ſeu quaſi, probatur per teſtes, etiam ſingulares.*

15 *Poſſeſſio, ſeu quaſi Iuriſdictionis, probatur per exercitium actorum Iuriſdictionaliũ, & num 52.*

Officialium creatio, probat Iuriſdictionem, & illius adminiſtrationem, ibi. remiſſiue.

Idem de receptione decimarum, ibi.

Poſſeſſio, an probetur per locationem. ibi.

16 *Vſurpatores ſunt Iuriſdictionis, qui gerunt ſe pro magiſtratu.*

Vſurpator Iuriſdictionis Eccleſiæ dicitur, qui illam exercet, auctoritate vſurpata. ib.

17 *Vſurpans rem poſſeſſam ab Eccleſia, incidit in cenſuram, nec excuſatur, ſi allegat hoc feciſſe ratione Iuris ſibi competentis. vide num. 103.*

18 *Iuriſdictio dicitur ad Eccleſiam pertinere ex ſolo titulo poſſeſſionis.*

Verbum pertinere, quid importet ibi.

Poſſeſſorium deducere cenſetur, qui petit rẽ pertinere.

19 *Excommunicationis ſententia lata ex falſa cauſa, an ſit nulla.*

Quid in declaratoria ſententia, ibi. & n. ſeq.

20 *Declarans non diſponit, ſed quid actum ſit oſtendit, nec aliquid noui facit.*

Excommunicatus, ſi quis declaratur, per declarationẽ non ligatur amplius, quam à principio fuit, ibi. & nu. 23.

21 *Declaratio non mutat eſſentiam diſpoſitionis.*

22 *Declaratio ſe refert ad declaratum & ad illud retrotrahitur.*

23 *Relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus, nec eſt plus in referente, quã in relato.*

24 *Referens tantum diſponit, quantum in relato continetur.*

Relatum, ſi aliter ſe habet, diſpoſitio referens, tanquam erronea corruit, ibi.

25 *Vſurpare verbum, ſumitur in malam partem.*

Vſurpare Iuriſdictionẽ Eccleſiæ ille dicitur, qui illicitè, & præſumptuoſè id facit, ibidem.

Digitized by Google

26 Verbum præſumere, ſignificat dolum, & temeritatem.
27 Vſurpans Iuriſdictionem Principis, incidit in crimen læſæ maieſtatis, ſi dolo, & ſcienter hoc agit, & animo lædendi Principem, & num. 29.
28 Vſurpans bona, vel iuriſdictiones Eccleſiæ, quando incidit in cenſuram Bullæ Cænæ Domini.
29 Læſæ Maieſtatis reus, quando quis efficitur ob vſurpatam Principis iuriſdictionem.
30 Dolus regulariter non præſumitur, & allegantem, Dolum probare oportet.
31 Qualitas eſt probanda, vt diſpoſitio requirens qualitatem, habeat locum.
32 Ignorantia regulariter præſumitur, & bona fides.
33 Scientiæ qualitas eſt articulanda, & probãda ab allegante, & num. 101.
34 Cauſa quælibet etiam iniuſta excuſat à pena.
35 Excommunicatio requirens dolum ad illam incurrendam, non ligat eos, qui bona fide, & ex ſimplicitate contraueniunt.
36 Territorium, ſeù confines probantur per teſtes etiam vniuerſitatis, & nu. ſeq.
37 Teſtes de vniuerſitate admittuntur ad probandum confines, & ibi. quando teſtes de vniuerſitate admittuntur in cauſa vniuerſitatis.
38 Locus eſt de territorio, vbi onera ſubeſt, & illius eſſe præſumitur, qui iuriſdictionem exercet.
Iuriſdictionis exercitium in loco probat locum eſſe de territorio. ibi.
39 Verba enunciatiua nõ probant enunciatum, de quo principaliter diſputatur.
Quid ſi alia adminicula concurrunt. nu. 40.
Quid ſi ſunt geminata. num. 41.
42 Verba enunciatiua, an probent enunciatum contra enunciantem.
43 Fateri, an dicatur producens acta, quæ in actis continentur, etiam enunciatiuè.
44 Territoriũ probatur ex verbis enunciatiuis.
Cõfines leuiorib probationibus, probãtur. ibi.
45 Iuriſdictio ineſt territorio ſicut nebula in tota palude.
46 Villa poſita in comitatu alicuius Ciuitatis, præſumitur eſſe illi Ciuitati ſubiecta.
47 Locus illius iuriſdictionis eſſe præſumitur, cui magis adiacet.
48 Adminiſtratores ciuitatum, ſtatuunt metã ſeu pretium Annonę in foro expoſita.
49 Vicus regitur, & moderatur legibus ſuæ Ciuitatis.
Cõſuetudo Ciuitatis, ſeruatur in comitatu. ib.
50 Iuriſdictio ad eum pertinet, cui à Principe fuit conceſſa, in cuius pectore fons eſt omnium Iuriſdictionum.
51 Probatio efficax reſultat ex confeſſione facta in actis publicis.
53 Gabellarum exactio probat Iuriſdictionem, & illius quaſi poſſeſſionem.
54 Penarum commoda, ſunt fructus Iuriſdictionis, & earũ exactio probat illius quaſi poſſeſſionem, & ibi. remiſiuè, an pertineant ad iuriſdictionem, vel ad merum imperium.
55 Banna ſine Iuriſdictione non emanant, illaq. probant Iuriſdictionem, & per illa quaſi poſſeſſio acquiritur.
56 Officiali atteſtanti de pertinentibus ad officium ſuum, creditur.
57 Iuriſdictio, & illius quaſi poſſeſſio acquiritur per obedientiam mandatorum.
Idem per Deputationem cuſtodum. nu. 59.
58 Cuſtodes deputare in caſu peſtis, ad Ciuitatis ſpectat adminiſtratores.
59 Cuſtodum deputatio arguit territorium eſſe ſub iuriſdictione cuſtodientis, & numero ſequ.
60 Cuſtodes deputare, ne damna fiant, ad Dominos ſpectat Caſtrorum.
61 Conſuetudo, immemorabili tempore præſcripta, ſufficit ad acquirendam iuriſdictionem.
62 Præſcriptio immemorabilis, obtinet vim priuilegij.
63 Priuilegio, quæ acquiri poſſunt, acquiruntur conſuetudine, & præſcriptione immemorabili.
64 Iuriſdictio acquiſita ex præſcriptione in dubio præſumitur abdicatiua.
65 Acta publica faciunt rem notoriam, vide num. 116.
66 Bona fides ex longa poſſeſſione præſumitur, præſertim ad excludendum vſurpationem, & nu. ſeq.
67 Vſurpare non dicitur, qui bona fide poſſidet longo tempore, licet poſſeſſio ſit cõtra ius, & nullo titulo iuſtificetur.
68 Poſſeſſionem ſuam, ſi quis continuat, non dicitur ſpoliare, aut alicui moleſtiam inferre.
69 Excommuniatio generaliter lata, contra aliquid facientes, includit eos, qui contraueniendo peccant mortaliter.
Excommunicatio non afficit, niſi tranſgreſſorem cum peccato mortali. ibi.
70 Iuriſdictio, licet in dubio dicatur cohærere Caſtro, non tamen ita cohæret, quod non ſit ſeparabilis.
71 Merum, & mixtum imperium in regno, nemo exercet ſine expreſſa conceſſione.

Merum

Digitized by Google

72 *Merum, & mixtum imperium, an veniat ſub conceſſione facta de caſtro cum iuriſdictione.*

Quid ſi ſit cum ſigno vniuerſali, vel cum verbo æquipollenti, ibid.

73 *Conceſſio facta à Principe de re particulari, non transfert iuriſdictionem, ſed proprietatem.*

74 *Iuriſdictio poteſt eſſe penes vnum, & proprietas rei penes alium, & in caſtro.*

75 *Caſtrum ſi conceditur alicui, vt res particularis, tunc iuriſdictio non cẽſetur conceſſa.*

76 *Conceſſio caſtri cenſetur facta cum iuriſdictione, niſi caſtrum conceſſum, tẽpore conceſſionis, ſit ſubditum alicui Ciuitati.*

77 *Reſcripta Principum interpretantur, vt nemini faciant iniuriam, & ſaluo iure tertij.*

78 *Villa exiſtens in territorio alicuius Ciuitatis, & illius Iuriſdictioni ſubiecta, an, & quando poſſit concedi alteri in præiudicium illius Ciuitatis, & num. ſeq.*

79 *Princeps, an poſſit ſeparare Caſtrum à caſtro, ſicut poteſt vnire.*

80 *Princeps non poteſt venire contra priores conceſſiones, in vim contractus celebratas.*

Idem in ſucceſſore, ibi. remiſſiuè

82 *Feudum habitare, vel dirutum reficere, non licet Baroni abſq; Principis licentia.*

83 *Aſſerenti non creditur in prohibitis, ſeu in his, quæ non dependent a poteſtate aſſerẽtis maximè vbi agitur de præiudicio tertij, & num. ſeq.*

Quid in permiſſis conditionaliter, & ex cauſa, nu. 85. & Ibi. an iſtud locum ſibi vendicet etiam in perſonis publicis.

84 *Cardinali aſſerenti de mandato, vbi agitur de præiudicio tertij non creditur.*

Feudum, ſi concedit Prælatus, & aſſerit feudum eſſe antiquum, an credatur. Prælato ſic aſſerenti.

87 *Teſtium credulitas, eſt in iudicis arbitrio repoſita.*

88 *Teſtes viles, an repellantur à teſtificando, vel admitti poſſunt, cum debilitata fide.*

Negatiua facti non coharctata, non eſt probabilis.

90 *Teſtibus deponentibus de negatiua, non creditur, & ſunt de falſo ſuſpecti.*

91 *Teſtes cauere debent, tanquam ab igne, ne veram negatiuam atteſtentur.*

92 *Teſtes nimis animosè deponentes, ſunt ſuſpecti.*

93 *Teſtibus duobus affirmantibus, magis creditur, quam mille negantibus.*

94 *Veriſimile, quod eſt ponderandum eſt in teſtibus.*

95 *Scientia præſumitur de his, in quibus banna & proclamata interuenerunt.*

96 *Teſtium depoſitio inueriſimilis, eſt ſuſpecta de falſo.*

97 *Teſtium depoſitio in aliqua parte falſa, vel de falſo ſuſpecta, corruit in totum, vel in totum falſi ſuſpicione laborat.*

98 *Præſcriptione, ſeu conſuetudine immemorabili, ſi quæ competunt ex his ad aliud non infertur.*

99 *Poſſeſſio, ſeu quaſi incorporalium, non acquiritur, niſi ſciente, & patiente eo, de cuius agitur præiudicio.*

100 *Iuriſdictionis, quaſi poſſeſſio nõ acquiritur. niſi data ſcientia Domini.*

101 *Sciẽtia eſt probãda ab eo, qui in ea ſe fundat.*

102 *Poſſeſſio iunior, dicitur clandeſtina, & vitioſa, reſpectu poſſeſſionis antiquioris, quæ præualet.*

104 *Poſſidens animo, poteſt continuare poſſeſſionem, etiam quando naturalis poſſeſſio eſſet penes alium occupata.*

105 *Citatio debet interuenire in his, quæ partem lædere poſſunt, alias actus eſt nullus.*

106 *Citatio requiritur, & cauſæ cognitio in ſententia declaratoria excommunicationis.*

107 *Sententia declaratoria excommunicationis lata abſq; partis citatione, eſt ipſo iure nulla, vide nu. 108. 110. & 111.*

Quid in notorijs nu. 109 ſed vide n. 114.

108 *Citatio an ſit neceſſaria, quando Iudex declarat aliquem excommunicatum, qui lege diſponente incidit in excommunicationem, vide num. 110.*

Quid in excommunicatione, quæ fertur pro culpa, pro qua à Canone quis eſt excommunicatus, ibid. nu. 110. & 112.

109 *Citatio, an ſit neceſſaria in notorijs.*

Declara nu. 114. vide num. 117. & 118.

Teſtium depoſitio, inducit notorium, ibidẽ. vide num. 115.

110 *Tex. in cap. reprehenſibilis, de appell. declaratum & num. ſeq.*

Excommunicatus à Canone an poſſit iterum ab homine excommunicari. ibi.

111 *Exceptio debet eſſe de regula.*

112 *Sententia non eſt ferenda præcipitanter, & ſi fertur, eſt ipſo iure nulla.*

Præcipitatio, eſt nouerca iuſtitiæ ibid.

113 *Notorium allegare non ſufficit, niſi concludens ratio, de eo reddatur.*

Notoria multa ſolent allegari, quæ verè non ſunt, & de eo ſæpe loquimur, & quid ſit, ignoramus.

115 *Teſtes recepti abſque citatione partis, non probant, nec fidem faciunt.*

116 *Notoriū non includit, quod impugnari pōt.*
118 *Notorium ſi prætendit, aliquid eſſe, debet declarari per Iudicem, cauſa cognita, aliàs ſententiâ declaratoria latâ abſq; citatione, ſub prætextu notorij, non valet.*

ARGVMENTVM.

Cenſura, reſeruata in Bulla cœnæ domini, contra vſurpantes pertinentia ad eccleſiam, latè, declaratur; Et an ſententia, per quam declaratur, quod aliquis, in aliquo caſu, incidit in cenſuram Canonis, aliquid operetur, ſi verè canō, in eo caſu, non ligat; Et an citatio partis, ſit neceſſaria in ſententia declaratoria, & quid in notorijs; Item quomodo probatur territorium, & quod locus ſit de confinibus, & quomodo probatur titulus proprietatis, ſeu quaſi poſſeſſio iuriſdictionis, & quæ iuriſdictio veniat ſub conceſſione facta à Principe.

Diuino imploratio præſidio, viſis ſcripturis tranſmiſſis ex parte Illuſtriſ. Senatus huius Vrbis Meſſanæ, in propoſita conſultatione, paucis, quantum fieri poterit, reſpondebo, tum quia ſcio illius veritatem ab alijs conſultiſſimis viris accuratè perquiri, tum etiam, quia accepi illam coram viris doctiſſimis tractari, quibus breuitas ſummoperè pla-
1 cet; † Attingam igitur ea, quæ præciſè occurrent, gratia dubitationis tollendæ, quæ abſque ſuperfluitatis nota afferuntur, vt poſt *Dec. & Cagn. in l. quæ dubitationis, ff. de reg. iur.* tradit *Menoc. in conſ.* 115. *num.* 41. *vol.* 2. & ex his ea tantum afferam, quæ ſacris Canonib non contradicunt, & Eccleſiaſticæ Iuriſdictioni non detrahunt, cui, & obedire, & deferre oportet omninò, iux. illud *Act. Apoſt. cap.* 5. ad tradita *in Con. Trid. ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 12. *verſic. prouiſi, & ſeſſ.* 25. *cap.* 2. *de refor.*

2 Illud itaq; eſt, quod in hac facti ſpecie venit in controuerſiam, an legitimè proceſſit ſententia illa declaratoria lata per Magnam Archiepiſcopalem curiam Meſſanæ die tertio Martij proximi præteriti 1619. cum denunciatione inde ſequuta die quarto eiuſdem menſis, per quam fuit declaratū Senatū, ſeù DD. Iuratos huius Meſſanæ Vrbis incidiſſe in Eccleſiaſticam cenſuram, & præcipuè in contenta in Bulla Cœnæ Domini, reſeruata contra vſurpantes Eccleſiaſticam Iuriſdictionem, ſub prætextu aſſertæ vſurpationis factæ per Senatum de Iuriſdictione Caſalis Lardariæ, quæ ſupponitur in dictis declaratoria ſententia, & denunciatione inde ſequuta, quod pertineat ad Illuſtriſſimum Dominum Meſſanēſ. Archiepiſcopum, qui illam habet, & pacificè poſſidet.

Ad cuius præpoſitæ difficultatis reſolutionem, antequam deueniā, duo
3 principaliter ſuppono. † Primo, quòd in foro exteriori, in quo aſſertus cenſuræ incurſus diſcutitur, Iuris præſumptio attenditur, quæ in deductis in foro contentioſo, liquidiſſima eſt probatio, *glo. & Doct. in l. ſi tutor petitus, C. de peri. tuto. glo. in cap. ex parte Decani, de reſcrip. & in cap. vnico, in verſ. Actore, vt Eccl. benef. Alex in l. licet Imperator, per illum tex. & Ibi Iaſ. nu.* 13. *ff. de lega. p. Idē Iaſ. in l. manifeſtè, in* 2. *not. ff. de Iureiura. & in conſ.* 25. *nu.* 2. *in fin. in p. Marſ in rubr. C. de prob num.* 183. *& in l p §. ne quis dicatur. num.* 116. *ff. de quæſ. Cæpo. in conſ* 33 *in verſ. vide, Feli. in rubr. de præſump. col.* 2. *Aret. in rubr. ext. de prob. nu.* 7. *& Ibi. Dec. Bero. & alij, Alex. in conſ.* 26. *col. fin. vol.* 6. *cum concor traditis in cap ſuper literis, numer.* 271. *de reſcrip.* quibus accedunt *Abb. in cap. veniens, el* 2. *num.* 6 *extra de ſpon. Grat. in conſ.* 54. *num.* 52. *vol. p.* Pariſ. *in conſ.* 80. *num.* 15. *& in conſ.* 97. *nu.* 6 *vol. p.* Crau. *in conſ.* 6. *n.* 42. *Menoc. alios citans, in tract. de præſump. lib p quæſt.* 36. *num.* 3 *&*
4 *Surd. in deciſ.* 170 *num.* 8. † qua propter licet in foro animæ, lex poſitiua in præſumptione fundata, nullum vendicet ſibi locum, quando præſumptioni refragatur veritas, *Innoc. in cap. quia plerique, num.* 3. *& Ibi Abb. num* 5. *de Immuni. Eccl. Abb. in cap. Is, qui fidem, nu.* 4. *de ſpon. latè Cano. in cap p. de conſt. Syluef. in verſ. lex, quæſt* 9. *verſ.* 2. *Graf. lib.* 3. *deciſ. cap.* 10. *num* 27. *Bal in l. cum quis, num.* 14. *verſ. Item poſuit, C. de Iur. & fac. igno. ad tradita per Manth. de coniect. vlt. vol. lib.* 2. *tit.* 14. *n.* 14. *Couar. in cap. p. num.* 16. *de teſt. Alci. in cap. nouit, nu.* 12. *de Iud. Decia. in conſ.* 49. *num.* 60. *volum.* 2. *Menoch. de ſucc.*

crea.

Digitized by Google

crea. §. p.nu.26.Guttie.cano.quæſt. lib.2.c.
18.nu. 66..cum ſeq. latè Meno. de præſump.
*lib.p.quaſt.*80. tamen in foro exteriori,
licet Eccleſiaſtico; præſumptio Iuris
attenditur, & ſecundum illam iudica-
tur; *ad tex. in cap. tua nos, ſecundum com-*
5 *munem intellectum, ext. de ſpon.* † *tradit.*
Menoch. loquens de hærede non con-
ficiente Inuentarium, qui in foro con
tentioſo Eccleſiaſtico tenetur vltra vi-
res, ex præſumptione Iuris, quæ vrget
contra hæredem, *Guttie. qui teſtatur de*
communi in d.cap.18.nu.72. Vnde quouſ-
que non conſtat de contrario, ſtandũ
6 eſt Iuris præſumptionibus, quia † Eccle
ſia non iudicat de occultis, *vt notat in*
cap.erubeſcant 32. diſtin. clemen.p. §. p. de
vſu. Abb.in cap. quod nobis, nu.p. de cland.
de ſpon.
7 Secũdo Principaliter ſuppono, quòd
in hac facti ſpecie quæritur de ea cen-
ſura, & illius incurſu, quæ præcipuè cõ
tinetur in Bulla Cœnæ, reſeruata cõtra
vſurpantes Iuriſdictionẽ fructus, reddi
tus, aut prouentus pertinentes ad Ec-
cleſiaſticas perſonas, ratione Eccleſiæ,
ſeu beneficiorũ, de qua legitur in Bulla
Iulij ij. Leonis x. Iulij iij. Pauli iv. Gre-
gorij xuj. Clementis viij. & Pauli v.
Bon. mem. de qua loquitur *Caiet. in*
ſum. in verſ. excommunicatio, cap.27. Sot.4.
diſti.22.quæſt.2. arti.3. poſt concl.5. verſ.
vndecima, Sylueſ. in verſ. excommunicatio
7.n.73. Sebas.medi.in ſum.pecca.capi.tit.9.
quæſt.78.nu.18. & 82. Naua.in manu.cap.
27.ſub nu.79.verſ.decimaſeptima Graf.lib.
4.deciſ.cap.18.nu.130. Io bap. Anto. In ca-
thec. Neap.lib.3.cap.p.n.15.fol.mihi, 181.
Greg. Sayr.de cens. Eccle.lib.3.cap.21. Sua-
rez de cenſu.diſpu.21. ſecti.2.nu. 95. & Io.
Fran. Leo. in theſ. for. Eccle.in 3. par.c.7.n.
8 *103.* † Ad quam cenſuram incurren-
dam, ex illis conditionibus neceſſarijs,
quas tradũt *Caiet. Naua. Seba.medi.Graf.*
Greg. Say. & Io. Fran. Leo. in prec. locis, illa
præſertim debet concurrere videlicet
quòd quis vſurpet, & quod vſurpatio
fiat de Iuriſd. fructibus, ſeù redditibus
pertinentibus ad Eccleſiam, quæ con-
ditio euidẽter colligitur ex verborum
textura d. Bullę excommunicantis eos,
qui Iuriſdictiones, fructus, redditus, &
prouentus vſurpant, quæ ad ſedem A-
poſtolicam, & quaſcunque Eccleſiaſti
cas perſonas ratione Eccleſiarum, mo
naſteriorum, & beneficiorũ pertinẽt,
quæ ſanè verba ſunt adeo clara, quod
non indigent gloſa, *Soc. in conſ.13.n.38.*
vol. p. Soci. Iuni. conſ.29. eod. vol. Rola. in
conſ.80.num.51. vol. 3. Qua de re, eſto,
quod quis vſurpet, ſed non Iuriſdictio-
nem, ad Eccleſiaſticos ratione Eccle-
ſiæ, pertinentem, & fortius, circumſcri
pta omninò vſurpatione, vtique talis
non incurrit in cenſuram d. Canonis
latam contra vſurpantes Iuriſdictio-
nem Eccleſiæ, vt omnes præcitati Do-
ctores affirmant, & iure quidem opti-
9 mo, † nempè eo ipſo, quod verba Ca-
nonis in præmiſſis terminis non con-
ueniunt, nec cõuenit illius diſpoſitio,
quòd eſt generale. *l. ita autem in princ. ff.*
de aucto.tuto. cap. indemnitatibus, de elect.
in 6. Bart. in l.4. §. toties, ff. de damn. infec.
Alex. in conſ.141.nu.3. vol.2. Purpu. in l.
petens, nu.67. C. de pact. & in l. filia dote, n.
12. C. de collat. Surd. in deciſ.56. nu p. & in
oppoſito Idem Surd. in deciſ.9. n.3. & deciſ.
276. num. 11. Et præſertim procedit in
pœnalibus *ad tex. in l. cum quidam ff. de*
libe. & Poſth. & in cap. ſtatutum, de elect.
10 *in 6.* † & indiuidualiter locum ſibi ven-
dicat in his terminis excommunica-
tionis, quæ non comprehendit caſum,
in quo verba Canonis non conueniũt,
vt conſuluit *Calde. in conſ.4. de ſent. excõ-*
mun. & refert Card. pariter conſuluiſſe in
clem.p. de priuil. q.39. Nauar. in conſ.19. nu.
3. de reb. Eccl. non alie. Ricc. in prac. in tit. de
pœn. alien. bona Eccle. deciſ.138. nu.3. et Ste-
pha. Quara. in ſum. bull. in verſ. alienatio nu.
9. nec vltra extenditur, quàm patiun-
tur verba, *Tabien. in verſ. excommunica-*
tio 5. cap.49. Nauar. in manu. cap.27. num.
51. & Graf. lib.4. deciſ. cap.8. nu.p.

His ſuppoſitis, deuenio ad præpoſitæ
conſultationis reſolutionem, in qua
prima fronte videtur reſpondendum,
quod præmiſſa declaratoria ſententia
legitimè proceſſit, mouet primo aſpe-
ctu, quia videtur, quòd illa conditio re-
lata in ſecundo ſuppoſito, quæ eſt ne-
ceſſaria ad iſtius cenſuræ incurſum, vi-
delicet quòd Iuriſdictiones pertinẽtes
ad perſonas Eccleſiaſticas, ratione Ec-
cleſiæ, vſurpentur, purificatur in hac
facti ſpecie. Vnde conſidero, quòd iu-
riſdictio caſalis Lardariæ pertinere vi-
detur ad D. Archiepiſcopũ ratione Ec
cleſiæ ſuæ Archiepiſcopalis, tum reſpe
ctu proprietatis, tum etiam reſpectu
poſſeſſionis.

Primum

Digitized by Google

Primum de proprietate ſuadetur ex
quodam priuilegio Imperatoris Fęde-
rici, qui Roberto Archiepiſcopo tunc
Eccleſiæ Meſſanæ, in perpetuum con
ceſſit pro dicta Eccleſia, & confirma-
uit nõnulla iura, redditus, & bona, in-
ter quæ extat tenimentum Lardariæ
11 † Per cuius tenimenti conceſſionem,
licet ſimpliciter factam, videtur cõceſ-
ſa iuriſdictio, cohærens illi tenimento
conceſſo, *Bar. in l. ſi quando el p. nu. 6. & Ibi. Luc. de pen. col. 2. in fin C. de bonis vaca. li. 10. Bal. in ca. p. n. 5. de capi qui cur. vend. Pari. conſ. 9. nu. 16. vol. p. Corſe. in tract. de Excell. Reg. cap. 5. Conar. pract. cap. p. nu. 10. ſub 9. Concluſ. Io. Vinc. de Ann. in Alleg. 52. nu. 1. & ſeq. Petr. de Grego. de conceſſ. feu. in 2 par quæſt. 2. nu. 12.* quinimo me-
rum, & mixtum Imperium venire, te-
net *Bal. in d. cap. p. vbi Affli. num. 4. Idem Bal. in l. cum multa*, vbi ait, quod venit
iuriſdictio pleniſſima, *C. de bon. quæ lib. Luc. de Penna in d. l. ſi quando, & in l. p. in verſ. denegamus C. de priuil. ſchol. lib. 12. Conar. vbi ſup. Pet. de Greg. de cõceſſ. feu. in. 7. par. quæſt. 2. nu. p. Peregr. de iur. fiſ. lib. p. tit. 2. nu. 92. Menoch. lib. 3. præſump. 97. nu. 14. & Aroſen. de feu. ca. 5. concl. 6.* licet iſtud
de mero, & mixto imperio habere cõ-
tradictores, inquit *Capibl. de auct. Baro. Prag. 8. in p. par. nu. 30.* & oppoſitum ve-
rius eſſe atteſtatur *Regens Caro. Tap. in l. fin. in p. par. cap. 2. ſub num. 38. ff. de conſt. Prin.*

Coadiuuatur iſte titulus cõceſſionis
ex eo, quod legitur in quodam actu
Bernardi tunc Meſs. Archiepiſcopi,
qui in anno. 1220. poſt annos octo præ-
miſſę conceſſionis, intendens cõſtrue-
re quoddam de nouo caſale in d. teni-
mento Lardariæ, conſtituit, vt hi, qui
in eo habitare voluerint, habere de-
beant pro domo ædificanda, certum
terreni ſpatium ſub annuo Canone, &
cum onere præſtandi fidelitatis iura-
mentum, itaq; non in alieno foro re-
ſpondere habeant alicui, ſed in curia
Eccleſiæ per Bayulom in eo Caſali cõ-
ſtitutum, ipſi homines conuenti, re-
12 ſpondere debeant; † Vnde, ſi ex poſtea
geſtis, declaratur, qualis fuit mens, ſeù
animus in præcedẽtibus, *ad tex. in l. ſed Iulianus §. Proinde ff. ad Macedo. §. Pamorum, Inſti. de rerum diui. l. reprehendenda, C. de Inſti. & ſub. ſti. cum alijs traditis d. Crau. in conſ. 77. nu. 10. Gram. in conſ. 13. nu. 3. in crimi. Dec. in conſ. 421. num. 13. Oſas. in deciſ. 71. nu. 33. & in deciſ. 90. nu. 19. Maſca. alios citans, de proba. concl. 95. nu. 7. & Afflı. in deciſ. 319 nu. 5.* vtiquè ex his da-
tur intelligi, quòd præcedens conceſ-
ſio Imperatoris Fęderici de d. tenimẽ-
to Lardariæ, fuit facta cum authori-
tate habitandi, & conſtruendi ibi vil-
lam, ſeù Caſtrum cum Iuriſdictione in
13 Vaſſallos, & habitãtes, † Quo caſu ma-
gis communis opinio eſt, quòd omnis
iuriſdictio cenſetur tributa, vt fatetur
Iaſ. in l. imperium ſub nu. 11. ff. de iuriſdict. omn. Iud. & teſtantur alij, quos citat *Rola. in con. 42. ſub n. 20. vo. 2. & tenent Dec. in d. l. Imperium num. 26. & Purpa. nu. 61. Abb. in ca. quod ſedes col. 7. & ibi. Feli. col. fin. & Alci. nu. 41. de offic. ordi. Pari. conſ. 8. col. p. vol. p. & conſ. 9. num. 14. eod. vol. Dec. in cap. licet cauſam, de prob. col. p. Con. pract. quæſt. in d. cap. p. n. 10. verſ. Primum*,
conuenerũt alij, quos citat *Rola. in d. conſ. 42. num. 17. cum ſeq.* qui hanc defendit
opinionem, & reſpondet fundamentis
ex aduerſo, accedit *Pereg. de iur. fiſc. li. p. tit. 2. num. 88.*

Secundum de poſſeſſione, ſeu quaſi
huius iuriſdictionis conſtare videtur
ex depoſitione multorum teſtium de
14 ea, & illius exercitio deponentiũ, † per
quos ipſa iuriſdictio, & illius poſſeſſio,
ſeù quaſi probatur, etiam ſi teſtes eſsẽt
ſingulares, *Bal qui teſtatur de communi in conſ. 514. nu. 4. vol 5. Soci. in conſ. 295 nu. 5. vol. 2. Alex. in conſ 100. nu 5. vol. p. Crau. in conſ. 78 nu 6. Rui in conſ. 53. nu. 9. vol. 4. Vinc. de Franch in deciſ. 105 num. 21. Soci. Iuni. in conſ. 99. nu. 13. vol. 2. Guid. Pap. in deciſ. 544 ſub nu p. Rola. in conſ. 82. nu. 43. vol. 2. & alij, quos citat Gabr. in tit. de teſt. concl. 2. num. 23. & ſeq. poſt eum Maſca. in concl. 947.* dicunt enim teſtes, quod à
tempore immemorabili ſemper DD.
Archiepiſcopi Meſſanenſes, & ſucceſ-
ſiuè Illuſtriſs. d. Modernus Archiepi-
ſcopus, fuerunt in pacifica poſſeſſione
Iuriſdictionis d. Caſalis Lardariæ, tùm
in ſpiritualibus, tum etiam in tempora
libus, creando officiales, exigendo de-
cimas, decidendo differentias verten-
tes inter homines d. Caſalis, deſignan-
do metas, ſeu prętia victualium, bul-
lando pondera, cognoſcendo de con-
finibus, de fluminibus, & de publicis,
& quod nunquam viderunt aliquam
perſonã, & pręſertim DD. Iuratos Vr-
bis

Digitized by Google

bis Meſſanæ, ſeù eorum Miniſtros, &
officiales veniſſe in d. Caſal. & exercuiſ
ſe aliquam Iuriſdictionem; Quorum
teſtium depoſitio videtur coadiuuari
ex aliquibus actis in ſcripturis exiſten-
tibus, in quibus apparent aliquæ iniun-
ctiones factæ aliquibus de d. Caſali de
mandato D. Archiepiſcopi pro tem-
pore exiſtentis, ſeù illius Vicarij gene-
ralis de demoliendo ędificia facta in pu-
blico, de non impediendo curſũ aqua-
rum, & de ſimilibus apparent etiã acta
creationis officialium, locationis Ba-
15 yulationis, & decimarum. † Ex quibus
actis Iuriſdictionalibus reſultat poſſeſ
ſio, ſeu quaſi ipſius Iuriſdictionis, quæ
ex eorum exercitio probatur, *Bal. in l.
poſt ſententiam nu 7. verſ. & not. C. de ſente.
Bar. in l. p. §. hoc interdicto, ff. de itin. act.
priu. Roma. in conſ. 70. nu 13. cum concor-
dantibus inferius tradendis*, ſunt enim
acta pręmiſſa talia, ex quibus probatur
Iuriſdictio, ac illius adminiſtratio, pro
vt de creatione officialium, *tradit Rui.
in conſ. 2. nu. 4. vol. 4 Natt. in conſ. 672. vol.
4. Corn. in conſ. 185. num. 4. vol. 3. Maſca de
proba. concl. 946. nu. 2.* & de receptione
decimarum, *poſt Corn. Iaſo. Alb. & Alb.
Bru. tradit idem Maſc. vbi ſup. nu. 3.* & de
locatione *Alb. in conſ. 64. nu. 5. Prac. Pa-
pie. in for. libelli pro turba Poſſeß. in ver. ho
die num 6. Menoch. de retin. reme. 3. num.
571. & 587.*
16 Cum itaque Iuriſdictio iſta ita ſe ha-
bet quatenus Senatus, ſeù Domini Iu-
rati, conati ſunt talem iuriſdictionem
per acceſſum ad d. Caſale Lardariæ cũ
eorum officialibus, & miniſtris exerce
re, Ibidem cognoſcendo publica, ſta-
tuendo metas, & in ſumma gerẽtes ſe
pro magiſtratu, pro vt teſtes deponũt,
& patet ex prouiſione facta ad inſtan-
tiam Iacobi Briſafi; vtique vſurpatores
præfatæ Iuriſdictionis facti ſunt, *ad tex.
in l. 3. in fin ff. ad leg. Iuli. Maie. Iſer. in cõſt.
Reg. terminũ vitæ in ver. occidiſſe, Menoc.
de arbitr. caſ. 320 nu. 2. Burſa. in conſ. 152.
nu. 16. vol. 2. Honde. in conſ. 100. nu. 20. vol.
2. & Fari. in pract. quæſt. 114. in ſpec. p. nu. 4.
in fin.* & per conſequens, quia præmiſ-
ſa, auctoritate vſurpata, fecerunt, *Iux.
Caiet. in d. ſum. in verb. excommunicatio cap.
27. Nauar. in Manu. cap. 27. ſub n. 70. ver. 6.
& Say. de cenſu. in d. lib. 3. capit. 21. in fin.*
certè conditio illa in ſuppoſito relata,
videtur in hac facti ſpecie purificata.

17 † Nam & in fortioribus, eſto quod ſo-
lum de poſſeſſione, ſeù quaſi, & non de
proprietate conſtaret, adhuc tamen cen
ſuræ eſſet locus, nec ab ea quis excuſa-
tur ſub prætextu exceptionis iuris ſibi
competentis, *Io Fran. Leo. in theſa. for. Ecc.
18 in 3. par. cap. 7. nu. 108. &* 112. † quia Iuriſ-
dictio dicitur ad Eccleſiam pertinere ex
ſola poſſeſſione, *ad tex. in l. verbum illud
pertinere ff. de verb. ſignific. glo. in cap. inter
dilectos, de fid. inſtru. Areti. in conſ 6. nu. 8.
Iaſ. in l. Centurio, col penul. & ibi. Areti. col.
fin ff. de vulga. & pupi. ſubſti Idem Iaſ. in §.
Item Seruiana n. 88. Inſti. de act. Feli. in rub.
de reſcrip. n. 7. verſ hoc autem limitatur Card.
Tuſc. lit. D. Concl. 327.* Qua ratione petẽs
rem aſſerens ad ſe pertinere, cenſetur ex
latitudine verbi deducere etiam poſſeſ-
ſorium. *gl. in l. ſi quis intẽtione ambigua, vbi
Bar & alij ff. de Iudi. Alex. in conſ 43. col. p.
lib. 4. Iaſ. in l. naturaliter §. nihil commune nu.
184. ff de acqui. poß. Soci. in l. rem, quæ nobis
in 7. quæſt. prin ff. eodem tit. Cano in cap. fin.
in verb. pertinet, de elect. in 6. & Card. Tuſc.
lit. P. concl. 324.*

Sed his non obſtantibus, re ipſa diligẽ-
tiori ſtudio perpenſa contrarium verius
eſſe de iure arbitror, quòd imò permiſ-
ſa declaratoria ſententia excommuni-
cationis fuit, & eſt ipſo iure nulla, & mi-
nus legitimè proceſſit ex duobus capiti-
bus principalibus.

Primũ principale caput eſt illud, quia
ex falſa cauſa, & ex errore proceſſit, nẽ-
pe ex tenore ſententiæ prædictæ, & de-
nunciationis inde ſequutæ, patet, quod
DD. Iurati huius Vrbis declarantur in-
curriſſe in Eccleſiaſticas cenſuras, præ-
cipuè in contenta in Bulla Cęnæ Domi
ni, contrà vſurpantes Iuriſdictiones Ec-
cleſiaſticas, ex eo quòd temerè vſurpa-
uerunt Iuriſdictionem D. Archiepiſco-
pi, quam habet in Caſali Lardariæ, ſed
veritas eſt in oppoſito, videlicet quod
nec ſunt vſurpatores DD. Iurati, nec a-
liquam Iuriſdictionem ad Eccleſiã per-
tinentem vſurpauerunt, vnde non eſt lo
cus cẽſuræ prolatę in Bulla contrà vſur-
pantes iuriſdictionem ad Eccleſiaſticos
ratione Eccleſiæ pertinentẽ, ex breuiter
deductis. ſupra in 2. ſuppoſito n. 9. & 10.
19 † & ideo quatenus per d. ſententiã fuit
declaratum eos incurriſſe; vtique illa,
tanquam erronea, & in falſa cauſa fun-
data, eſt ipſo Iure nulla, *Abb. poſt Butr.* lo
quẽs in fortioribus terminis de ſenten-

tia

tia excommunicationis, in ca. per tuas n.
11. eod. tit. Idem Abb. in cap. cum Apoſtolus,
nu. 4. de cenſib. Syluef. in verb. excommunica-
tio, 2. nu. 22. Calde. in conſ. 9. de ſententia ex-
comm. Sot. in 4. diſtin. 22. quaeſt. p. art. 3. verſ.
neque verò, Stepha. Coſt. in ca. venerabilibus,
nu 45. de offi. Vica. Claues. in verb. excommu-
nicatio, 3. §. 12. in fin. Tabi. in verb. excommu
nicatio, 2. §. 10. & Sayr. de cenſu. lib. p. ca. 16.
num. 34. Quod abſque controuerſia lo-
cum ſibi vendicat in ſententia declara-
toria excommunicationis latæ à Cano-
ne, qui ſi non ligat, nihil operatur decla
20 ratoria inde ſequuta. † Tum quia, qui
declarat, non diſponit, ſed, quid actum
ſit in pręteritum, oſtendit, Bal. in l. cum in
teſtamento, in fin. C. de manumiſ. teſta. Vn-
de vis declarationis virtualiter contine-
tur in ipſo declarato, quia declarans, ni
hil noui facit, l. hæredes palam, § ſed ſi no-
tam, vbi Bar. Pau. de Caſtr. & alij ff. de teſta.
Bal. in l. non dubium in 3. nota. C. de legi. Deci.
in l. edicta actio, num. 47. C. de eden. Pari. in
conſ. 65. nu. 5. & 6. vol. p. Rui. in conſ. 225. nu.
6. eod. vol. Deci. in conſ. 423. in fin. Soci. Iuni.
in conſ. 95. nu. 72. & 76. vol. 3. & Menoch. in
conſ. 753. nu. 20. & ideò per declarationes
amplius quis non ligatur, quam à prin-
cipio fuerit, vt indiuidualiter tradit Ro-
ma. in conſ. 481. in 2. dubio, Suarez de cenſu.
21 diſput. 3. ſect. 10. ſub nu. 16. † quia declara-
tio non mutat eſſentiam, aut naturam
diſpoſitionis, Decia. in conſ. 8. nu. 211. lib. p.
& in conſ. 6. nu. 30 lib. 4. Rola. in conſ. 15. nu.
27. vol. 3. Idem Menoch. in conſ. 360. num. 5.
quod etiam ſentit in conſ. 331. nu. 100. & in
22 conſ. 443. num. 71. † Tum etiam, quia de-
claratio ſe refert ad ſententiam Cano-
nis, & retrotrahitur ad illam, ad notata in
cap. cum tù, & Ibi Doct. de vſu. Rui. poſt Bar.
quem citat, in d. conſ. 225. Io. mil. in verb. de-
claratio, in verſ declaratio retrotrahitur, &
23 Pari. in d. conſ. 65. nu. 5. † Quà de re, in ter
minis noſtris, ſi Canon relatus non cō-
prehendit facti ſpeciem, non ligat decla
ratio referens, quia non eſt plus in refe-
rente, quam in relato l. aſſe toto ff. de hære.
inſti. diſpoſitio enim relatiua ſe reſtrin-
git ad relatum, & ſecundum illud intel-
ligitur, quia relatum eſt in referente, cū
omnibus ſuis qualitatibus, Bar. in l. p. ff.
de recepta. & in l. p. ff. ſi fami. fur. feci. dica. et
alibi, vt citat Tiraq. alios etiā referens, de leg.
connubi. glo. 7. nu. 183. Soci. in conſ. 27. nu. 12.
lib. 4. & in conſ. 62. num. 24. eod. lib. Pari. in
conſ. 25. nu. 40. & 50. vol. p. Dec. in l. certum,
nu. 3. ff. ſi certum petat. Gozadi. in conſ. 31. n.
2. Natt. in conſ. 204. nu. 12. Crau. conſ. 45. nu.
4. Neuiza. in conſ. 40. nu. 3. Meno. in conſ. p. n.
83. & in conſ. 150. nu. 42. & conſ. 247. nu. 32.
Paſet. in conſ. 129. nu. 4. Becci. in conſ. 78. nu.
37. vol. p. Caro. Bardel. in conſ. 21. nu. 32. vol. p.
Surd. in conſ. 105. nu. 30. & in conſ. 200. n. 5.
24 † tantum enim diſponit referens, quan-
tum in relato continetur, ſecundum
quod referens limitatur, Dec. in conſ. 63.
ſub nu. 6. verſ. nec obſtat, Bimi. in conſ. 34. nu.
6. & Caro. Bardel. in conſ. 61. nu. 42. Ideo ſi
relatum aliter ſe habet, diſpoſitio refe-
rens, tanquam erronea, corruit, & non
attenditur, Dec. in d. conſ. 63. vbi ſup. ad tra
dita per Alex. quem citat Dec. in conſ. 9. nu.
12. lib. 2. quem refert, & ſequitur Menoch. in
d. conſ. p. nu. 96.

Quà propter pondus præſentis conſul
tationis eſt, oſtendere DD. Iuratos non
incidiſſe in aſſertas cenſuras, & pręcipuè
in reſeruatam in Bulla Cœnæ contra
vſurpātes Iuriſdictiones Eccleſiaſticas.
Vrgent pro hac re duę cōſiderationes,
quarum vna ſumitur ex parte DD. Iu-
ratorum videlicet, quod vſurpatores nō
ſint; Altera verò ex parte rei videlicet
quod Iuriſdictio pertinēs ad Eccleſiam
non ſit vſurpata, ita quod conditio illa
neceſſaria ad huius cenſuræ incurſum
relata in ſecundo ſuppoſito, omnino de
ficit in facto, de quo agitur.

Primo itaq; conſidero, quod DD. Iu-
rati in hac facti ſpecie, nec vſurpatores
dici poſſunt, nec aſſertum vſurpationis
25 crimen commiſerunt, † nam verbum il
lud, vſurpant, poſitum in bulla, de ſu
proprietate in malam ſumitur partem,
Card. in Clemen. p. in prin. & quaeſ. 14. de dec.
Archidiac. in cap. generali, de elect. Bertach.
in verb. vſurpare, & in verb. vſurpatio, Qua
propter ille propriè dicitur vſurpare Iu-
riſdictionē Eccleſiæ, qui illicitè, & præ-
ſumptuosè id facit, ad tex. in cap. fin. de
reb. Eccle. non alie. Vnde decretum Tri-
dentini concilij in ſeſſ. 22. cap. 11. de refor.
quod in eiſdem terminis excommuni-
cat eos, qui vſurpant iura, redditus, & iu
26 riſdictiones Eccleſiæ. † Vtitur verbo
præſumere, quod de ſui natura dolum,
& temeritatem ſignificat, Archidiac. in
cap. ſi quis ſuadente, 17. quaeſt. 4. Bal. in conſ.
486. n. 5. vol. 4. Barba. in cap. Prudentiā, in p.
nota. de offi. dele. Feli. in rub. ext. de præſumpt.
Dec. in cap. 2. ſub num. mihi, 6. verſ. 2. princi-
paliter de Iudi. Graf. lib. p. deciſionum caſuum
con-

Digitized by Google

conſcientia cap.13. nn.72. Stepha. Quara.in
ſum.bull.in verb.alienatio,nu.9. & 50. Ricc.
in prac. in tit.de pan.alienan. bon Eccl.deciſ.
27 *138 nu 3.* † Qua ratione iura, quæ loquũ
tur de eo, qui priuatus, pro poteſtate,
ſeu magiſtratu ſe gerit, Iuriſdictionem
Principis vſurpando, requirunt dolum,
& ſcientiam. vt in crimen læſę maieſta-
tis incidat, *ad text in d.l.3. circa finem. Ibi*
ſciens dolo malo, ff. ad leg.Iuli.Maie.ad tradi-
ta per Bar.in l.omnes populi,in vltim.quæſt.
prin.num.14.& ibi. Iaſ nu.35. in fin & Cae-
cialup.num.22. ff. de Iuſt. & Iur. Idem Cac-
cialup. in d.l.imperium,num.14 ff.de Iuriſdi.
omn.Iud Gig.de cri.leg.maieſt.ſub tit.qual.&
à quibus,quæſt.35. Aſſli.in cap.p.in verb.bo
na committentium, verſ.25.quaro qua ſunt re
ga. Adden.ad Bertaz. in conſ.11.lit.B, lib.p.
Gram.in conſ.31.num.39. Cepha.conſ.75 nu.
7.14.22.vol.p.Decia.lib.7.tract.crim.cap.9.
ſub num.5. & 9 Baiar.ad Clar.in §.la.Maie.
ſub num.2.ver.25. Menoch.de arbitra.d.caſ.
320.num.2. latè Burſa.per totum in d.conſil.
152.vol.2. Hondede in d.conſ.100.num.29.
& inſr.vol.2. Fari.in d.quæſt.114.num.20.
28 † Vnde in terminis noſtris ad incurredã
hanc cenſuram Bullæ Cœnæ, requiri-
tur, quod quis bona, redditus, ſeu Iuriſ-
dictiones Eccleſię vſurpet non qualiter
cunque, ſed vt redditus & Iuriſdictiones
Eccleſiæ, vt colligit, & probat *Caiet. in*
in verb. excommunicatio, in d.cap.27.& ſe-
quitur Naua. in manu. in d.cap.27. num.70.
in d. verſ. ſexta, vel quod ſaltem ſciens
hæc ad Eccleſiam pertinere, vſurpet, *&*
voluit Sây. de cenſ. in d.lib.3 cap.21.ſub nu.
& Io.Fran.Leo. vbi ſup.in 3.li.cap.7.num.
105. & ſic requiritur, quod quis vſurpet
doloſè, & animo lędendi Eccleſiam, &
illius iuriſdictionem vſurpandi. † pro vt
aliàs talis requiritur animus, vt quis ob
vſurpatã iuriſdictionem Principis, Lę-
ſæ Maieſtatis reus efficiatur, vt notat
Ang.in l.p.ff.eod.tit.Careri.in pract.crimi. in
tit.de homicidio, verſ 2.quaro,num p.& ſeq.
Burſa.in d.conſ.132.num.37.vol.2.addentes
ad Bertaz. in conſ.35.in lit.C, vol.p.Honded.
in d.conſ.100. num.23. & in fin. cuius dicta
refert ſummatim, Far.in d.quæſt.114.ſub nu.
20.verſ.vbi.

Quà de rè ex his inferendo ad rem no-
ſtram, vtique iſte vſurpationis titulus
nullatenus Senatui imputari poteſt ex
tribus. Primò, quia iſte dolus, ſeù vſur-
pandi animus, non probatur ex parte
coadiutoris fiſcalis Archiepiſcopalis Cu
riæ, & in foro contentioſo, In quo con-
tendimus, & Iuris præſumptiones ad-
mittuntur, ex deductis in primo ſup-
poſito, & indiuidualiter in terminis
noſtris apertè ſentit. *Ioann. Franc. Leo.*
in ſuo theſ. fo. Eccleſ. in d.cap.7. ſub numero
30 *104. in 3.pa.* † dolus regulariter non præ-
ſumitur, vnde allegantem oportet pro-
bare dolum, *l quoties, §. qui dolo, ff de pro-*
ba.l.dolum, C.de dol.l.dolus, C.de reſcind.vē-
di.Iaſ.in l.ſi per errorem,n 10. ff de iuriſdic.
omn.Iudi. Dec in conſ.245. n.7. Gram.in dec.
60.n.6. Soc.iu.in conſ.37.n 27.& in conſ 61.
n.37.vol.2.& in cõ.113.n.8. vol.3.Mant.de
cõie.li.2. t.t.7.n.p.Maſc.de prob.in concl.532.
Menoch.de præſumpt lib.5 præſump.3.nu.14.
cum alys traditis in cap ſuper literis, nu 272.
extra de reſcr.p quibus accedit in terminis
vſurpationis, Honde. in d.conſ.100.num.32.
31 *vol.2.* † hæc enim qualitas neceſſaria de-
bet probari, aliàs nõ habet locum diſpo-
ſitio requirens qualitatem, *Io.And.in c.*
p. de homici.lib.6. Bal in l.Diuus, ff.de mili.
teſta.& in l.ſi quando, C. vnde vi, Cardin. in
Clem.p §.Cæterum, de vſu. Roman.in conſil.
226. & Dec.alios citans, in cap.p num.mihi,
24. verſ.ex quo enim, de probat. Secundo,
quia, eſto, quod ſola ſciẽtia Iuriſdictio-
nis Eccleſiæ ſufficiat ad incurſum cen-
ſurę, tamen hęc ſcientia non fuit proba-
32 ta, quæ probari debebat, † quia regulari-
ter præſumitur ignorantia, & bona fi-
des, *l.verius, ff.de prob.§.non ſolum, verſic.*
verius, & ibi glo inſt.de leg.cap præſumitur,
de reg.iur.in 6.Bar.in l.his poteſt, num.18.ff.
de acqui.hare. Alex.in conſ.172.num.9.vol.
2. Dec. in conſ.445. in fi. Car tu.in Ritu. 170.
num 6.Ioſe.Ludou.in deciſ. Peruſ.19 nu 22.
Ant Gabr in tit.de reg. Iur.concl.5. Menoch.
de arb.quæſt 72.num.3.Hiero. Mago in deciſ.
33 *Lucen. 49. nu. 11.* † Vnde aduerſus hanc
iuris præſumptionẽ debebat ab Aduer-
ſario hæc ſcientiæ qualitas articulari, &
probari, *Bal.in cap.p §.ſi vaſſalus feudum,*
ſi de feudo fuerit controuerſia, & in l. quam
diu, C.qui admi.Dec.in l.qui in alterius, de re-
gul.Iur.& in d.conſ.445.ad tradita in d cap.
ſuper literis, num. 188. Tertio, & vltimo,
quia, eſto, quod ſola allegatio ignoran-
tiæ, non excuſaret in foro contentioſo,
vbi conſtat de contrario, tamen ſecus
eſt, quando ignorantia allegata eſt pro-
babilis. *Io Fran.Leo. in d.cap.7. ſub nu.104.*
prò vt in hac facti ſpecie, in qua tãtum
abeſt, quod DD. Iurati fuerunt in dolo,
aut animum Iuriſdictionem Eccleſiæ
vſur-

vſurpandi habuerunt, aut ſcientiam, quod illa ad D. Archiepiſcopum ratione Eccleſiæ pertineret, quòd probabiliter, quinimmo, & verius ſciebant, & ſcire debebant, quod iuriſdictio iſta, quæ prætenditur vſurpata, ſpectauit, & ſpectat ad Senatum, ſeu ad ipſos DD. Iuratos, adeoque quicquid factum eſt in d. Caſali Lardariæ per DD. Iuratos, fuit geſtum bona fide, & iuſto titulo, ex his, quæ in ſequenti conſideratione afferuntur, quæ adeo vrgent, quod non ſolum excludunt dolum, & vſurpationis crimen ad euitandum cenſuræ incurſum, de quo in hac Conſultatione quæritur, ſed etiam indicant Vrbem ipſam, & Senatum in meritis principalibus iuriſdictionis, ius, & iuſtitiam fouere; Quapropter fortius in terminis iſtis, iure quidem optimo, à pœna excommuni-

34 cationis excuſant, † cum aliàs quælibet cauſa, etiam leuis, quinimò etiam iniuſta, & beſtialis, (vt Doctorum verbis vtamur) à dolo, & pęna, excuſationem prębet, *gloſ. in l. igitur, §. poteſt, ff. de libe. cau. glo. in l. p. in fin. ff. de abige. Dec. in conſ. 565. num. 7. Soci. in conſ. 131. col. 4. verſ. amplius, vol. p. Capo. in conſ. 21. & 30. Cran. in conſ. 6. ſub num. 89. & in conſ. 18. num. 9. latè Tiraq. de pęn. temp. cau. 43. Pari. conſ. 151. num. 29. vol. 4. Menoch. de recupe. reme. 5. num. 49. & in conſ. 381. num. 47. Iuli. Clar. qui teſtatur de communi, in quæſt. 60. ver. & generaliter, Burſat. in terminis vſurpationis in d. conſil. 152. num. 32. & Honde. in d. conſ. 100. nu. 34. volum. 2.*

35 Vnde ex præmiſſa conſideratione ſequitur, quòd excommunicatio lata à Canone contra vſurpātes Iuriſdictionē Eccleſiæ ex eo, quod exigit dolum, ſeù ſcientiam, cum animo lædendi Eccleſiam, vtique non ligat Senatū, ſeu DD. Iuratos, (eſto, licet non conceſſo, quòd Iuriſdictio eſſet Eccleſiæ) qui abſque dolo, & bona fide in præmiſſis proceſſerunt, *Card. Zabar. qui refert ita conſuluiſſe in terminis illius text. in clem. p. quæſt. 39. de priuil. Calde. in conſ. 4. de ſent. excommun. qui conſuluit in terminis cap. Epiſcoporum de priuil. in 6. Nau. in caſu extrauaga. p. de reb. Eccleſ. non alie. ita conſuluit in conſ. 19. num. 3. eod. tit. & voluit in eiſdem terminis Stepha. Quara. in summ. bull. in verb. alienatio, num. 9. & 50. Ricci. in pract. in tit. de pęn. alien bon. Eccle. deciſ. 138. & Graſ. in terminis Bullæ Cęnæ Domini lib. p. dec. caſ. conſc. c. 13. n. 72.*

Secundo principaliter conſidero à parte rei, quod in hac facti ſpecie Iuriſdictio iſta cognoſcendi de publicis, deſignandi metas rerum, victualium, & de ſimilibus in d. Caſale Lardariæ, & quæ prætenditur vſurpata, non pertinet ad Eccleſiam, pro vt requiritur ad huius cenſuræ incurſum, ex deductis in 2. Suppoſito ſed illa ſpectauit, & ſpectat ad Vrbē Meſſanę illiuſque Senatū, ſeu DD. Iuratos; Prò qua veritate indaganda, ſuppono pro conſtanti, quod Caſale, Lardariæ eſt ſitum, ſicut cætera Caſalia Meſſanæ Territorio, ſeù diſtrictu Meſſanæ;

36 Conſtat hoc ſuppoſitum ex tribus † Primo colligitur ex depoſitione teſtium receptorum, per quos territorium, & confines probantur; *cap. cum cauſam, de proba. l. in ſumma, §. Item Labeo, vbi glo. & Bar. ff. de aqu. pluu. arce. Bal in conſ. 420. num. p. vol. p. & in conſ. 286. vol. 2. Soc. in conſ. 89. col. p. vol. p. Pari. in conſ. 104. num. 22. & infr. eod.*

37 *vol.* † Nec refert, quod teſtes ſunt de vniuerſitate, qui tamen admittuntur ad probandum confines, & territorium vniuerſitatis, *Rui. in conſ. vlt. num. 16. lib. 4. Fran. Rip. in l. p. §. Sin autem Collegium, num. 2. ff. ad Trebel. Nico. Feſtaſi. in trac. de collec. par. 3. cap. p. ſub num. 24. & ſeq. Menoc. de arbi. caſ. 106. num. 5. quos refert, & ſequitur Farina. de teſtib. quæſt. 60. num. 487.* & tanto magis quando nō agitur de commodo ciuium in particulari, *Guid. Pap. in deciſ. 193. num. 2. Bal. in conſ. 420. num. 6. Maſſa. de proba. concl. 395. num. 9.* quod eſt generale, *Bald. in l. parentes, C. de teſt. Abb. in cap. inſuper num. 2. & 3. eod. tit. [illegible] de Bu[illegible] in cap. cum nuntius, eod. tit. & in cap. tertio loco, num. 4 de proba. Deci. in conſ. 342. nu. 4. Affli. in deciſ. 400. Capici. deciſ. 152. Menoc. in d. caſ. 106. Rola. in conſ. 72. nu. 4. lib. 2. plenè Surd. in conſ. 28. & in conſ. 65. num. 8. latiſſimè Farina. in d. quæſt. 60. nu. 430. & plenè Nouarius in quæſt. forenſ. 170. libr. 1.*

Secundo probatur ex fide, ſeu atteſtatione, quam faciunt, & Magiſter notarius, & Secretarij officij ipſius Senatus, qui atteſtantur peracta exiſtentia in eorum officio, quòd habitatores Caſalis Lardariæ de tenimento, & territorio meſſanæ tenentur, ſicut cæteri habitatores aliorū Caſalium dictæ Vrbis, ſoluere gabellas, facere excubias, aliaque ſeruitia perſonalia præſtare, angarias, & perangarias ſubire, ad quas tenentur eidem Vrbi cætera caſalia: Prout de ſolutione, & exactio ne

Digitized by Google

ne gabellarum, conſtat ex fide gabella-
riorum, & de aſſignatione vicendæ fru-
mentorum, quæ ſolet dari cęteris caſa-
libus, atteſtantur Credenzerij huius re-
gij campi, et de viſitatione facta per Cō-
ſules artis Serici, atteſtantur Conſules
eiuſdem artis, & de matricula magiſtro-
rum ſerici d. Caſalis Lardariæ facta vigo
re banni, atteſtatur Magiſter notarius
officij eiuſdem artis, ex quibus, & alijs
infinitis actis Iuriſdictionalibus in ſcri-
pturis deductis, probatur, quod dictum
Caſale Lardariæ eſt in diſtrictu, & terri-
38 torio Meſſanæ. † Nempe locus eſt de
territorio, vbi onera ſubeſt, *Alber. Brun. conſ. 34 num. 16. Alex. in conſ. 23. col p. verſ. Item reſpondeo, num. 3 volu. 5. Bal in l. 3. in. verſ. in text. ibi cenſentur. C. de natura lib. Natt. in conſ. 672. num. 4. & cum concord. quos citat Maſcar. de probat. in concluſ. 946. in prin.* Exercitium enim Iuriſdictionis
in loco probat locum eſſe de territorio,
Bal. in l. data opera, n. 28. C. qui accu. non poſ. quem citat Bru in d. conſ. 34 num. 16. Io. Frā. Apon in conſ. 51. num. 4. & 30. Nouarius in quæſ. forenſ. 162. n. 7. lib. 1. nam aliàs extra
territorium conquieſcit Iuriſdictio, *l. fi. cum ſua mater. ff. de Iuriſd. omn. Iud.* hinc lo
cus illius eſſe præſumitur, qui iuriſdictio
nem in loco exercet. *Abb. in conſ. 62. nu. 18. volum. 2. Maſc. in d. concl. 395. num. 33.*
Accedit ad cōfirmationem, quod cum
vigore pragmaticæ, licentia inſitandi o-
leaſtra exiſtentia in territorio, præſtatur
à Iuratis Locorum, vbi exſtant, eò ipſo,
quod apparet ex exemplis in ſcripturis
deductis, quòd præmiſſa licentia haben-
tibus oleaſtra in d. Caſali Lardariæ, &
volentibus illa incidere, & inſitare, quo-
tidie, præſtatur à Senatu, vtique rectè
arguitur, quòd ſit in territorio d. Vrbis,
cuius Senatum ſeu DD. Iuratos in hoc,
iuxta formam d. pragmaticæ recogno-
ſcunt. Tertio, & vltimo Promotor fi-
ſcalis M. C. Archiepiſcopalis, hoc nō in
ficiat in actis per eum præſentatis, in qui
bus Dominus Archiepiſcopus enunciat
Caſale Lardariæ eſſe in territorio Meſ-
ſanæ, vt patet ex literis directis Cono
Capellano caſalis Lardariæ, tenimenti
Meſſanæ, & ex illa iniunctione facta Fla
minco de coſta ſeruienti M. C. Archie-
piſcopalis, de non exercendo officium
in Caſale Lardariæ tenimenti Meſſanæ.
39 † Quæ verba enunciatiua, licet regula-
riter non probent enunciatū, quādo de
eo principaliter diſputatur, *l. ex his verbis, C. de mili. teſt. l. optimā, C. de contrah. ſtipulat. c. ſi Papa, de priuil. in 6. Pariſ. conſ. 81. nu. 59. vol. 2. Grat. conſ. 90. n. 21. vol. 1. Pancir. conſ. 96 n. 8. Menoch. cōſ. 81. n. 23. & in conſ. 260. nu. 11. Apont. conſ. 30. nu. 14 & ſeq. & conſ. 95. num. 14. Co. n. 7. deci. Luce. 212. n. 9. Brun. a Sole q. 22. nu. 63. Rimi. ſeni. conſ. 480. nu. 12. in 3. Oſaſ. deciſ. 76. nu. 12. Sfor Odd. in conſ 64 nu. 2. Surd conſ. 5. num. 16. & Carol. Bardel. in conſ. 49 n. 10. & in cōſ. 54. n 16. in 1. vol.* in facto tamen, de quo quæritur,
40 ſecus eſt ex quinque. † Primo, quia vbi
alia adminicula concurrunt, vt in caſu
iſto, tunc enunciatiua verba probant,
licet de enunciato ſit quæſtio, *Grat. conſ. 104 num. 5. vol. p. Rimi iun. conſ. 12. num. 12. vol. p. & in conſ. 314. num. 17. vol. 3. Manci. in tract. de iuram. in 4 part effec 15. num. 4. Fab. de Ann. in conſ 88 num. 31. quibus accedit Nico Genu. in trac. de verb. enunc lib p.*
41 *q 4. num 4* † Secundò, quia hæc enuncia-
tio eſt geminata in diuerſis actis, *Dec in d. l. ex his verbis, num. 10. C de mili. teſtam. Barba. in conſ. 14 num. 10. & 11. & in conſil. 37 n. p. vol 3. Grat. in conſ. 143 nu. 9. vol. 2. Anguill. in conſ 29. num. 146. Riminal. iun. in d. conſ. 314. num. 15. & alibi, vt citat Gen.*
42 *in d. quæſtion. 4. numer. 30.* † Tertio, quia
ſecundum aliquorum ſententiam, ver-
ba enunciatiua probant contra enun-
ciantem *Bellame. in deciſ 671. & 684. Soci. iun. in conſ. 77. num. 6. vol. p. Purpu. in conſil. 279. num. 12. vol. 1. Menoch. in conſ. 812 nu. 3. Surd. in conſ. 546. num. 7. Gargere. Gran. & Farin. quos citat Genu vbi ſup. numer. 103.*
43 † Quarto, quia eo ipſo, quòd promotor
fiſcalis producit acta præmiſſa, cenſetur
fateri omnia in eis contenta, *Cano. in cap. cum venerabilis, extra de except. Rui. in conſ. 162 num 4 vol. 5. Pari in conſ. 125. num. 20. vol. p. Iaſ in l. p §. Editionis, num. 16. ff. de eden. Gram. in conſ. 89. num. 2 in (inil. Natt. in conſ. 365. num. 3. cum alijs citatis à Maſcar. in concl 615. num. p. & Menoch. lib. 2. præſump. 45. in princ.* & licet velint aliqui ve-
rum hoc eſſe, quò ad ea, quę diſpoſitiuè
proferuntur, *vt poſt Bal. Feli. Pari. Alex. & alios, atteſtantur Maſca. & Menoch.* vbi
ſupra, tamen non deſunt, qui hoc intel-
ligunt etiam, quò ad ea, quæ incidenter
& enunciatiuè proferuntur, vt voluit
Abb. in conſ. 52. col. fin. verſic. & præſertim, vol. 2. Iaſ. in l. ſi cui ſerui, §. filio, in fin ff. de lega p. Mobeda. in deciſ 2. de reg. quem citat Genu. in d. quæſt. 4. ſub num. 105. in fin. quam

B ſen-

Digitized by Google

ſententiam confirmat Maſca.in d.Concl.915.
num.11.& ſeq. quæ vera eſt, quando ver-
ba enunciatiua ſunt prolata (vt in hac
facti ſpecie) à producente, Menoch. vbi
44 ſup.nu.18.† Quintò, & vltimo, quia vbi
agitur de probando territorio, enuncia-
tiua verba probant cõfines, ſeù territo-
rium gl.in cap.cum olim, in verb.inſtrumen-
tis, de cenſi. & in cap.ſi Papa, in verb. prola-
ta de priui.libr.6. Crau de antiq in 4. par.1.
par.princip. num.6. Hiero.de Mont.de fin.re-
ge.cap.60.num.3. Pari.in conſil 27 num.15.
vol.1. Meno.in conſil. 21.nu.17.& in d.præſu.
45.ſub nu. 17. ex eo adductus poſt Crau. quia
fines, leuioribus probationibus, proban-
tur, vt poſt alios, quos ipſe citat, tradit idem
Menoch.in conſil.147.num.1.

Hoc ſuppoſito, ex eo reſultat veritas
huius conſiderationis, videlicet: quod
Senatus fouet ius, & iuſtitiam, tam in
proprietate, quam etiam in poſſeſſione,
ſeu quaſi Iuriſdictionis, de qua conten-
ditur, quæ ſpectauit, & ſpectat ad Vr-
bem, illiuſque Senatum, nec pertinet,
vt ex aduerſo prætenditur, ad Eccleſiam
Meſſanæ.

Quòd attinet ad proprietatem, fun-
datur ex duobus. Primo ex diſpoſitione
Iuris communis, nam, eſto, quod Ca-
ſale Lardariæ eſt in territorio Meſſanæ,
vt deductum eſt in ſuppoſito præmiſſo,
ex eo ſequitur, quod illud de iure eſt ſu-
biectum eidem vrbi, illiuſque magiſtra-
tui habẽti iuriſdictionem in territorio,
45 quia illa ineſt toto territorio, † ſicut ne-
bula in tota palude, Bal.in l.Imperium ff.
de Iuriſdic.omn. Indi. Ange.in l.ſi fines ff.de
euicti. Abb. in capit. ſi diligenti, in 2.not. &
ibid.Fel.de præſcrip. Pari in conſil.16.nu.24.
vol.4. Curt.Iun.in conſ.41.num.9.& in conſ.
46 158.nu.24. & in conſ.184.nu.8.† Hinc eſt,
quod villa poſita in Comitatu alicuius
Ciuitatis, præſumitur eſſe illi Ciuitati
ſubiecta, l.nulli, & ibi Bal.col.3.C.de epiſco.
& cle.cap.ad decimas, de reſtitu.ſpolia.in 6.
Bar.in l.1.§.cum Vrbem, de offic. Præfe.vrb.
Alcia.de præſu.reg.3.præſumpt.20.nu.3 &
ideo, ſi contenditur de Iuriſdictione lo-
corum exiſtentium in territorio alicu-
ius Ciuitatis, vel Caſtri, vtiq; pręſumun-
tur loca illa ſubeſſe Iuriſdictioni ipſius
Ciuitatis, vel Caſtri, in cuius territorio
ſunt poſita, Oldrad.in conſ.176. in fin. Soci.
in l.prima nu.25. ff de acqui.poſſe.& in conſ.
86.nu.6.vol.1. Affl.in deciſ.267.nu.4. Anto.
Gabr.lib.cõmu. opin.in tit.de præſumpt. concl.
9.nu.1. Soci.Iuni.in conſ.65.nu.68.vol.1. Pa-
ri.in conſ.15.nu.9. lib.1. Cran.in conſ.54.nu.
9.& in conſ 293.nu.5.in fin Menoch.in conſ.
395.nu 24. & in conſ.498.num.40. late idem
47 Menoch. libr.3. præſumpt.100.† nempe lo-
cus illius Iuriſdictionis eſſe præſumitur,
cui magis adiacet, Bal.in cap. cum olim, de
præſcript. Alex.in additione ad Bar.in l.ſi con
uenerit, §. ſi nuda ff.de pignor.action. Marti.
Laud.in trac.de caſtell.quæſtion.7. Hieroni.de
Mont.de fini.rege. quæſtio.82. Natt.in conſil.
672.num.17. & ſeq.lib.4. Maſca.in d.Concl.
946.nume 26. & latius in concluſione 1407.
Menoch. in d. præſumpt. 100. numero 11.
48 † Quapropter cum de iure ad Ciuitatis
adminiſtratores pro publica vtilitate
pertinet ſtatuere metas, ſeu pretia An-
nonæ, ſaltem foro expoſitæ, leg. prima.
§ curæ carnis ff. de offic. Præfec. leg.prima,
vbi Bart.C.de epiſcop.audien. Bart. in leg.Im
peratores, ff.ad leg. Iuli. de Anno. ad tradi-
ta per Couar lib.2.varia reſo.capit.3.num.5.
& libr.3.capitul.14.ſub numer.3. Adden.ad
Tholo.in deciſ 446 Graſ.in deciſ.caſ.conſcie.
lib 2 capitul.56 nume.8. Menoch.in conſil.
137. numer.18. Surd.de alimen.tit.8. quæſt.
94. Virg.Bocca.de interd. capit.17 num 203.
& Dominus Maſtrill. loquens de Vrbe Meſ-
ſana, in deciſ.17.nume.9 & 27. quod in Re-
gno eſt diffinitum per Capitulum Reg. Fede.
116. & Reg. Alpho. 55. vtique d. Caſale
Lardariæ exiſtens in territorio Meſſa-
næ, & per conſequens ſub Iuriſdictione
d.Vrbis, ex deductis, ſubijcitur de iure
ſtatutis, metis, ſeù pretijs impoſitis à Se-
49 natu, † quia vicus regitur, et moderatur
tur legibus ſuæ Ciuitatis, l.qui ex vico, ad
municip.l. Inſula, vbi notat Ange.ff de Iudi.
Feli.in cap. Rodulphus, num 6.verſic.limita
ſecundo, de reſcript. Iaſ.in §.rurſus, num.24.
Inſtitu.de action Pari.in conſil.25.colum fin.
vol.4. & Neuiz.in conſ 56.num.6.hinc eſt,
quod conſuetudo Ciuitatis, ſeruatur in
Comitatu, Bart.in l.nulli §.quòd ſi inuito C.
de Epiſc. & Cle. Dec.in conſ.389.nu.7. Soci.in
conſ.7.ſub nu.1. Menoch.de arbitr. lib.1.q.199.
nu 24.& in conſ.80.nu.18.vol.1. Secundo
fundatur proprietatis titulus huius Iu-
riſdictionis ex notorijs priuilegijs, quo-
rum aliqua in ſcripturis tranſmiſſis pre-
ſentantur, eorumque vigore Meſſana,
illiuſq; Curia Straticotialis in reſpicien-
tibus regimen Iuſtitiæ, habet Iuriſdictio-
nem, non ſolum in Ciuitate, illiuſq; ter-
ritorio, per villas, & rura, quæ ſunt à ru-
pe Agro vſque ad Bauuſium, iuxta fines
con-

conſtitutos in Priuilegio Reg. Rogerij, ſed etiam in omnibus alijs locis exiſtentibus in diſtrictu, qui olim latiori termino à Leontino vſque ad Pactas fuit conſtitutus, vt ex priui. Rom. Imperij, Rogerij, Manfredi, Federici, & aliorum Regum perpenditur. At in his, quæ ſpectant ad terminandas differentias de finibus, limitibus, ſeù diuiſis domorum, & vinearum, Senatus, ſeù DD. Iurati præſunt, qui prædictorum priuilegiorum tenore habēt etiam ius, & poteſtatem non ſolum ſtatuendi metam, ſeù pretium eorum, quę ad vſum, & victum quotidianum venduntur, ſed etiam cognoſcēdi de publicis, eorumque occupatione, de ponderibus, & menſuris, & exigendi pęnas indictas à contrauenientib*, quod Generale eſt in Regno vigore dd. Cap. Reg. Fede. 116. & Alphon. 55. Adeoque ex illis apertè patet, quod hæc iuriſdictio cognoſcendi de occupatione publicorum, & ſtatuendi metas, quæ prætenditur pertinere ad Eccleſiā,
50 & de cuius vſurpatione quæritur, † verè ſpectauit, & ſpectat ad DD. Iuratos, quibus, à Principe poteſtatem habente, fuit conceſſa, *gl. in l. 1 in verb. dare poteſt, ff. de tuto & curat. dat. ab his, & in §. agi, in verb iuriſdictione, in fin. In auth. de defen. Ciuit. Doct in l. 1. ff. de offi. ein.* Nempe in Pectore Principis fons eſt omnium Iuriſdictionum, à quo fluunt, & refluunt, *Bal. in cap 1. §. ad hęc, nu. 11. verſ ex præmiſſis, de Pac. iura firm. Alex. conſil. 24. vol. 5. Curt. Iun. conſil. [illegible] nu. 12. Pari. conſil. 1. nu. 13. vol. 2 Alber. Brun. in conſ. 54. n. 6. Gram. in deciſ. 46 nu 1 & not. 28. nu. 12. Capi. deciſ. 9. nu. 15. Petr. de Greg. in tract. de cōceſſ. feu. in 2. par. q. 12 nu. 13. & in 7 par. quæſt. 2. nu. 17. Vinc. de Franchis in deci. 517. nu. 2. Lana. in conſil. 52. num. 4 Camil. de Cur. in 1. par. diuerſ. Iur. feud in verb. poteſt num. 4. fol 28. Maſcar. de probat. in concluſ. 1054. num. 7. Apont. deci. 2. num. 6. & Dominus Maſtril. de Magiſt. lib 5. cap. 6. num. 140.*

Cuius rei veritas coadiuuatur ex cācellatione illius Banni, de facto emanati, de mandato Domini Archiepiſcopi Dō Antonij Lalegnami in anno 1532. de mēſe Decembris, in quo præceperat molendinarijs Caſalis Lardariæ ſub excommunicationis latæ ſententiæ pęna, qđ infra dies quindecim deberēt oſtendere, quo Iure poſſideant molendina, & capiant aquam de d. flumatia, quòd bānum die 6. Februarij 1533. idem Dominus Archiepiſcopus deleuit, tanquam erroneum, vt ex cancellatione patet, in qua aſſerit, quod licet aqua oriatur in foreſta ipſius Domini Archiepi, ea tñ, quæ decurrit in flumaria publica, fuit & eſt Ciuitatis Meſſanæ, cuius aquæ cōceſſio ſpectauit, & ſpectat ad ſp. DD. Iuratos d. Vrbis, & ſic fatetur idem Dñs Archieps ius ſuū, priuatum conſiſtere in foreſta, quā hodie poſſidet, nec habere aliquod ius in publicis, pro vt erat aqua, ſeù publica Flumaria d. Caſalis; hec enim in margine d. Banni, & veriſimiliter, tunc inſtante Ciuitate, pro ſua indemnitate fatetur Dñs Archieps, ex cuius cōfeſſione in actis publicis facta viuæ vocis ora-
51 culo, † reſultat pro Ciuitate efficax probatio, & potentior omni alia probationis ſpecie, cui contradici minimè poteſt, *l. fin. C. de fideicom. leg. generaliter. C. de reb. credi. cap. ſi cautio, de fid. Inſtrum. Bal in l. Deo nobis, C. de epiſc. & Cler. Crau. in conſil. 61. nume. 3. & in conſil. 171. nume. 4. Gramm. deciſ. 36. num. 66. Soci. Iuni. in conſil. 39. num. 18. vol. 2. & alij, quos ſciens prætereo.*

Quod verò attinet ad poſſeſſionem, ſeù quaſi, probat Senatus nō ſolum reſpectu Iuriſdictionis ciuilis, & criminalis, quā magiſtratus Curiæ Straticotialis exercet ī Caſali Lardarię per acta publica, & Banna ibidem emanata per Iudices Straticotiales exiſtentes in loco, cū Curia formata, ſed etiam docet de ſua antiquiſſima, & immemorabili poſſeſſione, ſeù quaſi per exercitium eorū, quæ pertinent ad Iuriſdictionem, de qua quæ-
52 ritur, † ex quibus probatur quaſi poſſeſſio Iuriſdictionis, vt dicebam ſupra pro alia parte *nu. 15. ex Bar. Bal. & Roma quib. addimus Doct. in capi. cum Eccleſia Sutrina, extra. de cau. poſſ. & propriet. Alber Brn. in conſ. 34. nu. 15. ad tradita per Inno. in cap. dilectus, de capel. mona. & in cap. olim, de reſti. ſpol. Alex. in conſ. 74. num. 16. vol. 4. Soci. in conſ. 187. num. 19. vol. 2. Alba. in conſil. 64. nu. 9. & 16. Menoch. in conſ 701. num. 45. & de reti. poſſ. reme. 3 nu. 585.* conſtat itaque de poſſeſſione, ſeu quaſi ex multis.

Primo ex depoſitione plurimorū teſtiū deponentiū de exactione gabellarū, quæ fit in Caſali Lardariæ, ſicut in alijs Caſalibus Vrbis Meſſanæ de gabellis, & vectigalibus impoſitis per Senatum in Ciuitate, de quo extat etiam fides gabellariorum, nec non, & magiſtri notatij

& Secretariorum officij ipſius Senatus,
qui atteſtantur per acta exiſtentia in d.
officio, quod habitatores Caſalis Lardariæ
ſubeunt onera, gabellas, munera perſo-
nalia, & cęteras angarias, ſicut cęteri ha-
53 bitatores aliorũ Caſalium d. Vrbis † quę
ſane gabellarum exactio, probat iuriſdi-
ctionem, & illius quaſi poſſeſſionem §.
Siquis igitur, & ibi gl. in auth. quib. mod. na-
tu. efficiatur ſui, Bal. in conſ. 420. ſub num. 1.
vol. 1. & in l. data opera, ſub num. 28. verſic.
bona ratio eſt, C. qui accuſ. non po. & in l. 3.
per illum tex. C. de natu. libe. idem Bal. in cap.
cum cauſam, col. 2. verſic. item ſcias, extra de
probat. Alex. in conſil. 43. ſub num. 3. vol. 1.
& in conſil. 23. col. 1. num. 3. volum. 5. Rui. in
conſ. 2. num. 4. vol. 4. Albe. Bru. in d. Conſ. 34.
in fin. num. 16. Marſi. in rub. C. de probat. num.
276. Soci. in conſil. 287. num. 15. vol. 2. Corn.
in conſil. 133. num. 9. & 10. vol 1. & in conſ.
268. vol. 4. Natt. in conſil. 636. num. 78. & in
conſil. 672. num. 1. & infr. vol. 4. Maſca. de
probat. in concl. 946. num. 1. Menoch. in conſ.
21. num. 18. & in conſil. 147. nu. 21. idem de
retin. poſſeſ. reme. 3. num. 582. qui ait quòd
redditus gabellarum ſunt fructus Iuriſ-
dictionis, vnde qui hos vectigaliũ red-
ditus percipit, Iuriſdictionẽ quaſi poſſi-
dere credendum eſt, Bal. quem ipſe citat
in conſ. 161. col. 2. verſ. ſed ita eſt, vol. 3.

Secundo hæc quaſi poſſeſſio iuriſdi-
ctionis oſtẽditur ex eo, quòd in ſcriptu-
ris apparet venditio, & diſtractio pigno-
ris facta de mandato DD. Iuratorum ad
inſtantiam gabellotti gabellæ Maldina-
ri in anno 1559. contra Antonium Cu-
tugno de Caſali Lardariæ debitorẽ pro
Iuribus d. gabellæ; Nec non apparent
aliquæ fideiuſſiones præſtitæ in anno
1544. & 1553. de mandato DD. Iurato-
rum ab hominibus Caſalis Lardariæ de
ſoluendo gabellas, ac etiam alię fideiuſ-
ſiones præſtitæ in anno 1605. & 1609. à
magiſtris ſerici d. Caſalis de ſoluendo
iura gabellæ ſub pęna contenta in capi-
tulis, & banno ipſius gabellæ; Apparet
etiam expignoratio facta in anno 1558.
per Acathapanum pro contrauentione
banni, & fideiuſſio inde præſtita de iudi-
cato ſoluendo, & pęnam in banno con-
54 tentam, † quæ ſane omnia, & præſertim
commoda pęnarum, earumq; exactio-
nes, de quibus pariter atteſtatur gabella
rius, probant quaſi poſſeſſionem Iuriſ-
dictionis, Natt. in d. conſ. 672. nu. 7. & Me-
noch. in d. conſ. 147. nu. 15. Nempe cõmoda
pęnarum pertinent ad Iuriſdictionem,
ſecundum Bal. in l. fin. ff. de offic. Praf. vigil.
Petr. de Greg. de conceſſ. feu. in 7. par. quaſt.
3. num. 5. Intrigl. in 2. cent. feud. arti. 80. num.
22. quinnimò eſſe de mero imperio, vo-
luit Bar. in d. l. imperium num. 12. & Ibi. Iaſ.
num. 8. Rimi. & Valaſ. num. 182. ff. de iuriſd.
omn. Iudi. de qua re, idem Bal. in l. placet, nu.
11. C. de peda. iudi. Foll. in prac. in verb. au-
diantur excuſatores, num. 97. & infr. Boſſ. in
tit. de pœn. nu. 25. Affli. in cap. 1. §. ſi aliquem
col. fin. de pac. iur. firm. Rola. in conſ. 46. num.
12. vol 2. & ideò ſunt fructus Iuriſdictio-
nis, & ad eos pertinent, ad quos ſpectat
Iuriſdictio, ex not. per Bar. in l. fin. in prin ff.
ſolut. matri. & in l. diuortio §. ſi fundum, &
Ibi. Alex. ff. eod. tit. Bald. in l. 1. C. de fruct. &
lit. expenſ. & in c. 1. §. è contrario, de inueſt.
de re alien. fact. Soci. in conſi. 38. num. 18. vol.
4. And. in cap. ſi verò Violator in verb. hære-
ditatem, ſub num. 12. de pac. tenen. Capic. in
deciſ. 27. num. 15. Boſſ. in tit. de pęn. num. 32.
Ioan. de Ami. in conſ. 49. num. 10. Rolan. in d.
conſ. 42. nu. 25. & in conſil. 78. nu. 8. vol. 2. &
in conſ. 73. num. 3. vol. 4. Natt. in conſil. 580.
Surd. in conſi. 53. num. 1. & ſeq. Ann. in ſing.
421. Capibl. de auth. Baro. prag. 6. num. 15.
Reg. Tap. in l. fin. in 1. par. capit. 2. num. 48. &
Pereg. de Iure fiſ. lib. 6. tit. 5. num. 43.

Tertiò cõſtat de quaſi poſſeſſione Iu-
riſdictionis per publicationẽ proclama-
tũ, & bannorũ emiſſorũ in d. Caſali de
mandato Senatus & aliorũ officialiũ d.
Vrbis, & eorũ aliqua cũ appoſitione pę-
55 narũ cõtra inobedientes † quæ ſane bã-
na, ſeù proclamata, quę ſine Iuriſdictio-
ne non emanant, Bar. & alij in d. l. imperiũ
Doct. in l. oẽs populi, poſt Bar. ff. de iuſt. & iur.
& Cano. in cap. Eccleſ. M. extra de conſti. pro
bant adminiſtrationẽ Iuriſdictionis, &
per ea illius quaſi poſſeſſio acquiritur,
ẽt ſi nemo pęnã incurrat, Bal. in l. 2. n. 54.
in fin. C. de ſerui. & aqu. Innoc. in cap. dilectus
col. 1. circa fin. in verb. poſſeſſorium de cappe.
Monac. Rui. in conſ. 2. nu. 4. vol. 4. Maſcar. in
d. concl. 946. nu. 2. Roma in d. conſ. 79. in vl.
dub. Mande. in conſ. 64. nu 10. vol. 1. Natt. in
d. conſ. 636. nu. 77. Honde. in d. conſ. 100. nu.
10. & ſeq. vol. 2. Arguunt. n. banna præſer
tim pęnalia, quę in loco publicantur, lo-
cũ eſſe ſub iuriſdictione, Cor. in d. cõſ. 333.
n. 26. vol. 1. Barb. in cõſ. 18. col. pęn. in fin. vol.
2. & alij, quos citat Menoc. in d. cõſ. 147. n. 15.

Quarto pro quaſi poſſeſſione adduci
tur obedientia, quã præſtãt hoĩes, & ha-
bitatores d. Caſalis mandatis tã Senatus,
quam

Digitized by Google

quam etiam aliorum officialium d. Vr-
bis, qui vt cęteri habitatores aliorũ Ca-
ſalium ad eorum mandatum deferunt
ligna pro luminarijs faciẽdis in d. Ciui-
tate, fodiunt foueas, recipiunt vicendas
frumentorum, veniunt cum armis ad
faciendum (vt vulgo dicitur) la ſalua in
aduentu Excellentiſſimi Proregis, vel
alterius magni viri, matriculantur, ſicut
alij magiſtri Seriei ad mandatũ, & ban-
num Conſulũ d. artis, prout de his con-
ſtat per fidẽ regij magiſtri notarij officij
ipſius Senatus, & ſecretariorum, nec nõ
& Credenzeriorum regij campi, & ma-
56 giſtri notarij artis ſerici † quorum atte-
ſtationi, cum ſint de his, quæ pertinent
ad eorum officiũ, ſicut cęteris officia-
libus creditur *ad tradita per Canoniſtas in
cap. cum parati extrà de appell. per tex. in l.
Diuus, vbi notat Bar. num. 8. ff. de custo. reo.
Alex. in l. ſecunda, §. ſi abſens, ff. ſi ex no.
cau. aga. Fęli. in cap. quoniam contra, nu. 58.
de probati. Maſca. in concl. 35. num. 15. Al-
cia de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 14. num. 1.
Vant. de nulli. in tit. de nul. ex defec. cit. num.
150. Menoch. de arbitr. caſ. 112. num. 1. &
12. Honde. in conſ. 18 num. 56. volum. 1. Fari.
57 quæſt. 30. num. 180.* † & ideo per obedien
tiam præmiſſam, Iuriſdictio, & illius
quaſi poſſeſſio acquiritur, maximè, quã
do in faciendo conſiſtunt, *ad notata in
capit. olim, el 3. & Ibi. Innoc. de reſti. ſpoli.
optimè Bal. in d. l. data opera numer. 28. C. qui
accuſ. non poſſ. vbi* ait, quod bona eſt ratio
teſtis deponentis de iuriſdictione, & di-
centis, quia vidit homines loci obedire
mandatis; *ſequitur Alexan. in d. conſil. 43.
vol. 1. Bru in d conſil. 34. in fin. & Natt. in d.
conſil. 672. num. 7.*
58 Quintò, quaſi poſſeſſio probatur ex
appoſitione cuſtodum, quos DD. Iura-
ti ſolent deputare in d. Caſali Lardariæ
in caſu peſtis pro conſeruatione ſalutis,
& ne aliquid mali eueniat, pro vt factũ
eſſe apparet ex prouiſionibus ipſius Se-
natus in anno 1575. & 1576. in ſcriptu-
ris præſentatis, & de iure ad eos ſpecta-
re, *tradit Rip. in tract. de peſt. in tit. de reme.
59 ad conſer. vber. num. 184. & inf.* † Per quam
deputationem cuſtodum vſus, & poſſeſ
ſeſſio iuriſdictionis acquiritur, & proba
tur territorium eſſe ſub Iuriſdictionem
cuſtodiẽtis. *ad tex. in l. ſi ita, §. mulier villę,
ff. dę fund. inſtruc. & in l. in noīe, circa prin. C.
de offi. Præfe. Afri. Bal. in conſ. 420. colum. 1.
ſub nu. 1. vol. 1. Gui. Pap. in deciſ. 193. Affl.
in deciſ. 167. nu. p. Rui. in d. conſ. 2. ſub num. 4.
vol. 4. Pet. de Vbal. in trac. de duob. fratri. in
5. par. princ. quæſt. 28. & Maſca. in d. Concl.
946. num. 2.* Actus enim cuſtodiendi de-
notat Iuriſdictionem, & ſuperioritatem
60 † Vnde ad dominos Caſtrorum ſpectat
deputare Cuſtodes, nè damna in eis ali-
quo tempore fiant, *vt notat Bar. & Ang.
in l. ne quid, in princ. ff. de ince. rui. & nauf.
Alex. in conſ. 88. n. 35. vol. 5. Natt. in d. conſ.
672. num. 9. & 10.* & Ideò Senatus ſolet
mulctare eos, & carceribus mancipare,
qui præpoſiti ad Curam vigiliarum ter-
ritorij, in eo munere negligentes ſe prę
bent, pro vt in ſpecie factum fuiſſe ap-
paret in anno 1521. in perſonam Iaco-
cobi Ruſſo Capucento d. Caſalis Lar-
dariæ, qui fuit carceratus, & deinde ſub
fideiuſſoribus de mandato DD. Iurato-
rum relaxatus, de detinendo certum lo-
cum prò carcere, ſub certa pęna, ex quo
in officio vigiliarum defecit, vnde da-
tur intelligi, quòd Cuſtodia d. Caſalis
pertinet ad DD. Iuratos, per quam ar-
guitur quaſi poſſeſſio, *l. 3. §. Nerua, &
l. ſi rem. mobilem ff. de acqui poſſe. Alex. in d.
conſ. 88. num. 28. vol. 5.*

Sexto de poſſeſsione, ſeu quaſi illius Iu
riſdictionis, quæ prætenditur vſurpata,
quæ pertinet ad metas, pondera, &
menſuras, in qua oſtenſum eſt Vrbem,
& DD. Iuratos in titulo proprietatis
ius, & iuſtitiam fouere, vtique conſtat
ex depoſitione teſtium, qui deponunt
de carceratione macellarij d. Caſalis;
vendentis vltrà metam, facta de man-
dato vnius ex DD. Iuratis, & de excar-
ceratione ſequuta ad præces Domini
Archiepiſcopi, nec non, quod Acatha-
pani, & Magiſtri vini d. Vrbis, quorum
officium eſt inquirere contrauentio-
nes, quæ fiunt, contra banna, & ordi-
nationes Senatus, ſeu DD. Iuratorum,
videlicet circa metas, pondera, & men-
ſuras, & qualitatem rerum potabi-
lium, & comeſtibilium, & à contraue-
nientibus exigere pœnas à tempore
immemorabili vſque ad præſens ſem-
per exercuerunt eorum Iuriſdictionem
in omnibus Caſalibus Vrbis, & præ-
ſertim in d. Caſali lardariæ, & illud viſi-
tauerunt, cognoſcendo pondera, & men
ſuras, & alia pertinentia ad præmiſſa
officia; Pariterque deponunt de im-
memorabili, quòd officiales huius Vr-
bis, ad quos pertinet iuſtare, & bullare

Primo, quia, ſtante pręmiſſa poſſeſſio-
ne, ſeu quaſi Senatus, ſeu DD. Iurati nō
ſolum caruerunt omni dolo, qui requi-
ritur in his terminis ad crimen vſurpa-
tionis committendum, vt deduxi-
mus in prima cōſideratione ſup. num.
25. cum ſeq. ſed etiam fuerunt, & ſunt
in bona fide, continuando quaſi poſ-
ſeſſionem Vrbis, & prædeceſſorum
66 † quæ ex poſſeſſione longa, & fortius,
longiſſima, quinimò, & immemorabi-
li, de iure præſumitur, *glo. & Abb in cap. Sanctorum, & in cap. ſi diligenti. de præſcrip. Inno. in cap. 2. in gl. in verb per Monachos de reſti. ſpoli. Alex. alios citans, in conſ. 200. num. 7. vol. 2. & alibi, vt citat. Dec. in conſ. 166. num. 5. Curt. Sen. in conſ. 71. num. 5. Curt. Iun. in conſ. 28. num. 4. Couar. in cap Poſſeſſor, in relect. in 2. par. §. 8. nu. 2. Becc. in conſ. 95. nu. 9. vol p.* quod in terminis iuriſdictio-
67 nis tradit *Alex. in conſ 24. nu. 18. vol. 5.* †
& indiuidualiter ad excludendum vſur-
pationem, tradit *Honde. in d. conſ. 100. ſub num. 81. verſ. aliud fundamentum, qui poſt Inno. Alex. & Cepha.* hoc intelligit etiam
Si poſſeſſio ſit contra ius commune, *& poſt. Bar. Cur. Sen. Pari. & Affli.* intelligit
etiam ſi poſſeſſio aliquo titulo nō iuſti-
ficatur, *quod tradit Becc. in d. conſ. 95.* Vn-
de fortius hoc vendicat ſibi locum in ter
minis iſtis, in quibus poſſeſſio eſt ſecun
dum ius commune, & titulo priuilegio-
rum iuſtificatur, vt ex deductis patet.

Secundò, quia ſtante præmiſſa poſſeſ-
ſione, ſeu quaſi ceſſat vſurpatio, in qua
68 fundatur cenſura, de qua quæritur †
nempe, quando quis continuat poſſeſ-
ſionem ſuam, non dicitur vſurpare, ſeu
ſpoliare, vel alicui moleſtiam inferre,
aut aliquid attentare, vel innouare, *cap. olim, & cap. cum veniſſent, de reſtit. ſpol. cap. p. & ibi Abb. in 3. notab. vt lit. penden. cap. cum teneamur, de appell. Card. in clem. 2. in 2. oppoſi. de priuil. DD. de Rot. in deciſ. 159. incip. ſi rector, in nouis in lib. meo Abba. in cap. p. col. pe. verſ. oppono vlterius, de reſt. ſpolia. Bocr. in d. deciſ. 238. ſub num. 5. col. 3. verſ. primo, fallit, Ant Matt. in l. naturaliter, §. nihil commune, Fall. 28. num. 63. ff. de acqui. poſſeſ. Pariſ. in conſ. 39. nu. 3. & inf. vol. p. latè Menoch. de recup. remed. p. nu. 355. & infr. Pont. de attent. quaſt. 3. num. p.* Nec refert, an ip-
ſe, vel ſucceſſor continuet, *latè Lanci. in eod. tract. in 2. par. ca. 4. limi. p. n. 15. cum ſeq. & Honde. in d. conſ. 100. n. 85. cum ſeq. vol. 2.*

Tertio, & vltimo, quia ſuppoſita præ-
miſſa poſſeſſione, ſeu quaſi, qua *Franc.*
Iurati potuerunt, abſque alicuius iniu-
ria continuare, vtique ceſſat lætalis cul-
pa, & per conſequens aſſertæ cenſuræ
69 non eſt locus † quia excommunicatio
generaliter lata contra aliquid facien-
tes, non includit, niſi eos, qui contra-
ueniendo peccant mortaliter, *Naua. in conſ. 21. nu. p. de ſent. excomm.* & eſt gene-
rale in excōmunicationis Sententia ge-
neraliter lata, ſiue ab homine, ſiue à Ca-
none, quæ neminem afficit, niſi eum,
qui tranſgrediendo, mortaliter peccat, *Tab. in ſum. in verb. excommunicatio, p. verſ. 3. vtrum, Palu. 4. diſtin. 18. q. p. art. 2. Concl. 2. Sot. 4. diſtin. 22. q p. art. 2. conclu. p. Naua. in man. cap. 27. num. 9.* vbi hoc ponit pro re-
gula conſolatoria, *Couar. in cap. Alma mater, §. 9. num. 2. de ſenten. excommun. in 6. Vgoli. de cenſ. tab. 2 cap. 27. num. 2. Say. de cenſ. lib. p. c. 9. n. 3. & infr. Graff. lib. 4. deciſ. cap. 8. n. 3. cum ſeq. Laza. de monit. ſect. 2. q 4. Aui. de cenſ. in 2. par. cap. 5. diſp. p. in 2. dub. in p. & 2. concl. & Suarez de cenſ. diſput. 4. ſect. 4.*

Itaque ex prædictis omnibus conclu-
dendum eſſe arbitror DD. Iuratos non
incidiſſe in aſſerta cenſura ſub prætextu
prætenſæ vſurpationis. Tum quia nec
vſurpationis crimen contraxerunt, nec
de iuriſdictione pertinente ad Eccleſiā
quæritur, ita quod omnino deficit in
hac facti ſpecie conditio neceſſaria ad
huius cenſuræ incurſum & per conſe-
quens ſententia declaratoria, vti erro-
nea, & ex falſa cauſa, corruit.

Verum, quia adducta ex aduerſo huic
primo capiti refragari videntur, ideo
hac ſententia retenta, in contrarium al-
legata non obſtant.

70 Primo, quod dicebatur de proprieta-
te huius iuriſdictionis, quæ videtur per-
tinere ad Eccleſiam Meſſanenſem vi-
gore conceſſionis Fęderici Imperatoris
ex deductis ſup. num. 11. terminis no-
ſtris nullo modo conuenit, nam Docto
res, qui allegantur, loquuntur de con-
ceſſione Caſtri, quod eſt quid vniuerſa-
ſale, cui cohærent adiacentia, & pertinē-
tia, & præſertim Iuriſdictio, quæ, licet
in dubio, ipſi Caſtro & illius territorio,
coherere dicitur, ex traditis *per Bar. in l. inter eos, ff. de acqui. rer. domi. Roma. in l. 3 in princ. & ibid. Alex. num. 23. ff. de acqu. poſſe. Luc. de penn. in l. prima, in verbo denegamus, C. de priu. ſcho. And. in cap p. & Ibi Affli. num. 26. quid ſit inueſtitura, Menoch. lib. 2.*

præ-

præſump. 97. num. 48. Capibl. de auth. Baro. prag. 8. in p. par. num. 30. Tamen non ita cohæret, quod non ſit ſeparabilis à feudo, ſeu Caſtro, ſecundum Bal. in l. data opera, num. 29. C. de accuſa. qui ait, Iuriſdictionem eſſe qualitatem quamdam à Caſtro, & feudo ſeparatam, & quid extrinſecum vnde nihil commune habere Caſtrum cum Iuriſdictione, docuit Soc. in l. p. num. 27. ff. de acqui. poſſ. & in conſ. 15. num. 2. & in conſ. 25. nu. 9. vol. 3. Et ideo, quæ Iuriſdictio veniat ſub Caſtri cõceſſione dubitant Doctores præcitati, & aliqui eorum ſentiunt, ſimplicem Iuriſdictionem venire, aliqui verò tenẽt etiam pleniſſimam cum mero, & mixto imperio eſſe cõceſſam, quam ſententiam de mero, & mixto imperio, diximus ſup. in d. num. 11. contradictores habere, & oppoſitum verius eſſe atteſtatur Tapia. Ibid. citatus in d. l. fin. in p. par. cap. 2. ſub num.
71 38. ff. de conſt. princ. † quod in Regno abſque dubio locum ſibi vendicat, ſtante conſt. Ea quæ decus, & conſt. Dignum, in quibus eſt prouiſum, vt nemo audeat exercere merũ, & mixtum imperium abſq; expreſſa conceſſione, vnde ſub ſimplici non venit, Petr. de Greg. de conceſ. feu. in 7. par. quæſt. 2. num. 4. Andr. & Affli. latè in d. conſt. Ea, quæ decus, ſub num. 13. verſ. Item, quia ſpecialis prouiſio, Idem Affli. in cap. p. num. 44. de capit. qui Cur. vendi. & in deciſ. 122. & in prælu. conſtit. quæſt. 6. num. 4. Vinc. de Franch. in deci. 116. num. 3. & Reg. Tap.
72 in d. l. fin. vbi ſup. num. 3. † quinimmo in eiſdem terminis, non minus controuertitur inter Doctores, an ſub Caſtri conceſſione facta cum Iuriſdictione, veniat merum, & mixtum Imperium, & negatiuam tenet Iaſ. in d. l. Imperium, num. 11. verſ. Tu aduerte, & Ibi Curt. Iun. num. 42. qui teſtatur de communi, ff. de iuriſd. om. Iud. Idem Curt. in l. p. num. 50. ff. de offi. eius Affli. in d. conſt. Ea, quæ decus, num. 13. & in cap. p. §. fin. num. 9. de pac. tene. Reg. Tap. in d. l. fin. in p. par. cap. 2. ſub num. 42 verſ. Sequor tamen, ff. de conſt. Princ. & Intrigl. de feu. cent. 2. ar. 80. nu. 5. Sed affirmatiuam tenent magis communiter Doctores, vt fatetur Idem Iaſ. in d. l. imperium, & teſtantur alij citati à Rola. in d. conſ. 42. Sub num. 20. vol. 2. quam ſequuntur Deci. Purpu. Abb. Alcia. Feli. Pariſ. Couar. Rola. & Peregr. ſuperius citati in fundamentis ex aduerſo n. 13. quibus accedit Idem Rol. in conſ. 48. nu. 27. vol. 2. & latiſſimè Menoch. lib. 3. præſump. 97. num. 15. & infr.

Quę vltimo loco relata ſententia à nemine inficiatur, quando conceſſio Caſtri fit cum aliquo ſigno vniuerſali, glo. in clem. vnica in verbo omnimodam, & ibid. Doct. de for. comp. Abb. in d. cap. quod ſedem, Fel. in cap. conquaſtus, de for compet. Couar. in d. verſic. Primum, Crau. in d. conſ 209. Cępol. conſ. 34 num. 13 Socin. Iun. in conſ. 126. in p. & 2. dub. vol. 3. Iaſ. & Curt Iu. in d. l. Imperium, Affli. in d. conſtit. Ea, quæ decus, Reg. Tap. in d. l. fin. vbi ſup num. 43. Fran. in d. deciſ. 116. num. 13. Pancir. in conſ. 185. num. 5. Pereg. de Iur. fiſ. in loc. præci. & Pet. de poteſ. princi. cap. 22 num. 48. Pariter locum ſibi vendicat abſque dubio, quando ſimilibus verbis vtitur Princeps in conceſſione, Pariſ. in d. conſ. 9. volum. 1. & Couar. vbi ſup. & ideo idem eſt, quando conceſſio fit cum pleniſſima Iuriſdictione, glo. per illum tex. in l. ſi in aliquam, § cum pleniſſima, & ibi Bald. de offi. Proconſ. Iaſ. in d. l Imperium. ſub num. 11. Verſ 2. Rola. in d. conſ. 42. num. 13. Reg. Tap. in loco præci. & Petr. de Greg. de conceß. feu in 7. par. quæſt. 2. num. 2. vel ſi fit cum Iuriſdictione alta, & baſſa, Vrſil. qui refer ita deciſum in Reg. Camera in addit. ad Affli. in d. deciſ. 127. num. 8. cuius meminit Capibl. de author. Baro. pragm. 8. in prim. par. num. 41. & Reg. Tap. in d. l. fin. cap. 2. p. par. num. 45. vel ſi cum Iuriſdictione, & omnibus pertinentibus ad Caſtrum, Pariſ. in d. conſ 9. num. 16. & 20. vol. p. Menoch. in d. præſump. 97. num. 38. lib. 3. & Intrigl. in d. artic. 80. nu. 26. vel ſi fieret conceſſio Caſtri, cum omni Iuriſdictione, Dec. in d. l. Imperium, ſub num. 27. [illegible] hanc partem, contra [illegible] extra de iudi. quem & ſi extollat Iaſ. in d. l. Imperium. & commendet Crau. in d. conſ. 209. ſub num. 8. verſ. addo, & Pet. de Greg. in d. 7. par. quæſt. 3. tamen illius ſententiam periculoſam exiſtimauit, Curt. Iun. in d. l. p. numero 50. ff. de offic. eius illamque falſam oſtendit, Purpur. in d. l. Imperium, numero 62. & 69. nullamque eſſe differentiam inter conceſſionem cum omni vel cum omnimoda Iuriſdictione, tradit Claud. Seixel. in ead. l. imperium, colum. 4. ſicut idem eſſe, ſi fieret conceſſio Caſtri cum omni iure, voluit Oldra. in conſil. 257. & conueniunt alij, quos citat Rola. in d. conſil. 42. num. 37. cum duobus ſequentibus, volum. 2. Intrig. in d. artic. 80. nu. 7. & in fortioribus Menoch. in d. præſumpt. 97. num. 34.
73 Quæ omnia de Caſtri conceſſione tradita non adaptantur terminis noſtris, in qui-

quibus agitur de conceſſione rei particularis, videlicet de quadam tenuta, ſeù tenimento, vt verba ipſius conceſſionis oſtendunt, quod hodie poſſidetur per Dominũ Archiepiſcopum nomine Eccleſiæ ſuæ, poſitum in circumferentijs d. Caſalis Lardariæ, quod vulgo Foreſta appellatur, per quam cõceſſionem nihil plus, niſi proprietas cenſetur tranſlata, abſque aliqua Iuriſdictione, *Bar. in l. p. num. 16. ff. de iuriſd. omn. Iudi.* qui conſtituit differentiam, an conceſſio ſit de vniuerſali, vel de re in particulari, ſi quidem hoc vltimo caſu, non intelligitur Princeps concedere Iuriſdictionem, quæ rei particulari non cohæret, Sed vniuerſali, videlicet territorio, in quo res conceſſa ſita eſt, quod ibid. ponit pro Concluſione *Iaſ. ſub n. 15. verſ. tertia concluſio, & præſertim Deci. num. 43. confert quod tradit Bal. in l. à Procuratore C. man.* qui voluit quod ſi Princeps concedit aliquem fundum, in quo extat domus, vbi ſolet exigi vectigal, quòd non propterea cenſetur conceſſum ius, ſeù Iuriſdictio exigendi illud *ex Innoc. in cap. ex literis, de iur. patron. Alua. in cap. p. col. 3. verſ. quæro quidam, & Ibi. Prapo col fin. de cap qui cur. vend. Alex. in l. tertia, in Princ. n. 24. ff de acquir. poſſeſ. optimè Pari. in conſ. 20 nu. 51 & infr. vol. p. vbi ad hoc citat Bal. Alu. & Prapo. in d c. p. de cap. qui Cur. vend.* affirmantes, quod ſi quis vendit omnes poſſeſſiones, quas habet in territorio alicuius caſtri, quòd non propterea cenſetur vendere, aut transferre Iuriſdictionem.

Quod quidem ſuadetur, quia non repugnat, quòd proprietas rei ſit penes vnum, & iuriſdictio pœnes alium, quia proprietas rei cum proprietate Iuriſdictionis nihil commune habet, *Oldr. in conſ 161. Bal. in d. l. à Procuratore, C. mand. Dec. in d l p. numer. 44. ff. de iuriſd. omn. Iud.* Qua ratione in fortioribus hoc locum ſibi vendicat in caſtro, cuius proprietas poteſt eſſe penes vnum, & iuriſdictio penes alium, *vt poſt Innoc. in cap. dilectus, de capp. Monach. voluit Bal. in cap. p. §. è contrario nu. 4. & Ibi. Alua. & Prapo. nu 2. Marti. Laud. nu. 9. & Affli. in p. nota. de Inue. de re alie. fac. Oldrad. in conſ. 121. nu. 9. Pau. de Caſtr. in conſ. 56. videtur dicendum, nu. 2. vol. 2. Meno. lib. 3. in d. præſump 97. nu. 5. Aroſen. de feu. cap. 5. concl. 6. num. 7. in p. tom. ſentit Affli. in conſtitutione dubitation. 2. Tiraq. de*
retract. ligna. §. 36. glo. 3. n. 5. Vinc. de Franc. in deciſ. 22. Capibl. in d. prag. 8. in p. par. num. 34. & Io. Fran. de pont. in d. conſ 57. numer. 6.
75 † & ideò eſto, quòd conceditur caſtrũ,
vt res particularis, vtique non cenſetur
conceſſa Iuriſdictio aliqua *ad tradità per*
Bar. in l. 2. ff. de ver. ſigni. & in d l 3. in prin.
num. 5. & Ibi. Alex. & Angel ff de acquir.
poſſe. Pari. in d. conſ 20. num. 50. vol. p. Gaſ.
Valaſ. in d. l. Imperium, num. 54. Greg Lop. in
glo. l. 9. tit. 4. par. 5. in verb. deſpues, quos ci-
tat, & ſequitur Reg. Tap. in d. l. fin. in p. par.
cap. 2. num. 28 ff. de conſti. Princip.

Prætcrea ex alio capite ex aduerſo al-
legata his terminis non conueniunt, po
ſito, quod illa conceſſio Imperatoris
Federici eſſet de Caſtro, ſeù villa, & ſic
76 de re vniuerſali, † Nempe, quòd Docto-
res citati affirmant, quod facta ſimplici
conceſſione Caſtri, cenſetur conceſſa
Iuriſdictio, procedit, quando Caſtrum,
quòd conceditur, ſtat de per ſe, nec alte-
ri loco eſt ſubiectum, cæterum quando
caſtrum, ſeu villa conceſſa, tempore cõ-
ceſſionis eſt acceſſoria alicuius loci, cui
ſubeſt, pro vt erat tenimentum Larda-
riæ, & ſunt alia oppida, & caſtra ſita in
conſtrictu, & diſtrictu Meſſanæ, quę ſu-
berant, & ſubſunt Iuriſdictioni d. Vrbis
ex forma priuilegiorum, vt ſupra enun-
ciatum eſt, tunc in conceſſione Caſtri,
venit tantum proprietas abſque Iuriſ-
dictione, quę remanet pro illa Ciuitate,
cui caſtrum ſubeſt, *vt poſt Oldra. Bar. Bal.*
Alua. Roma. & alios concludit Conari practi.
quæſt. in cap. p. in 10. Concl. & reaſſumit Reg.
Tap. in d. l. fin. in loco praci. in 8. limi. & cla-
rius Capibl. in d. prag. 8. in p. par. nu. 31. cum
ſequen. quod verum eſſe oſtendi, *& tue-*
tur Menoch. in d. præſump. 97. nu. p. cum ſeq.
lib. 3. tunc enim non præſumitur, quòd
Princeps concedendo caſtrum, ſeu vil-
lam, voluerit Iuriſdictionem concede-
re in præiudicium Ciuitatis dominan-
tis, *ad tex. in l. 2. §. merito, & in §. ſi quis à*
Principe ff. ne quid in loc. publ. cap. ex tuarũ
de autho. & vſu Pall cap. ſuper eo, cum ſimi-
77 *libus, de offi. dele.* † qua ratione Princi-
pum reſcripta interpretantur, vt nemi-
ni faciant Iniuriam, *Dec. in conſ. 11. nu. 4.*
& in conſ. 271. & 606. nu. 17. Curt Iuni. in
conſ. 88. num. 8. & in conſ. 172. nu. 3. Marti.
in ſingu. 440. Alcia. de præſump. reg. 3. præ-
ſump. 11. quòd locum ſibi vendicat etiã
in conceſſis motu proprio, quæ nihil
operantur in præiudicium tertij, *Areti.*
conſ.

Digitized by Google

conſ.15.nume.6. Gozadi. in conſ.9.nume.24. Pariſ.in conſ.p.num 84.& in conſ.11.nu.12. vol.p.Soci.Iuni.in conſ.77.un.26. vol p.Iaſ. conſ.10. num.30. vol. 2. Menoch. de arbitr. quæſt.9.num.11. Rimi.Iun.conſ.6. num.68. vol.p. & alij, quos ſciens prætereo, quibus tamen accedunt municipalia ſtatuta Regni, vbi reſcripta qualiacunque ſint, intelligantur, ſaluo Iure tertij, *ex cap.Reg.Marti.29.& Reg.Alpho.436.*

Coadiuuatur, quod dictum eſt vendi-
care ſibi locum in terminis noſtris, etiã
ſi conceſſio illa fuiſſet facta cum Iuriſ-
dictione, quæ tamen non procederet
in pręiudicium Meſſanę, cui res conceſ-
78 ſa ſuberat, † nempe non poteſt villa exi-
ſtens in territorio alicuius Ciuitatis, il-
liuſque Iuriſdictioni ſubiecta, alteri, con
cedi, in præiudiciũ Ciuitatis, vbi ſubeſt,
*vt conſuluit Alex.in conſ.p.vol.5. & admit-
tit Capibl. in d.prag.8. in d.p.par.nu.32.* ſe-
quitur *Petr.de Greg.de conceſſ.feu.in p.par.
quæſt.6.* qui indiuidualiter infert ad op-
pida ſita in diſtrictu Meſſanæ, quæ in
præiudicium magiſtratus eiuſdem Vr-
bis, alijs concedi non poſſunt.

Et licet nõ ignotem, alios tenere op-
poſitum, *vt ſentit Bal. in cap.p.u.3.de nat.
feu.* eo prætextu, quod omnis Iuriſdictio
eſt pęnes Principem, vnde ſuam potius
dicitur Iuriſdictionem cõcedere, quam
Ciuitatis, cui ſubeſt res conceſſa, *Put.in
decis.39.& 40. Natt.in conſ.640. nu.18. &
ſeq.Hippo.Rimi.in l.Imperium, num.245.ff.
de Iuriſd.omn.Iudi.Burſ.in conſ.160.nu.88.
vol.2.Curt.Iuni.in tract.de feu.in 2.pa.quęſt.
2.fol.mihi, 167. in parua impreſſ.quod verius
eſſe atteſtatur Intrigl.in p.cent.feu. quæ.68.
& ſentit Couar. in d.cap.p.practi.quæſt.ſub n.
79 10.in 10.Concl.* † Pro quorum ſententia
ſuffragatur eorum auctoritas affirman-
tium, quòd poteſt Princeps ſeparare Ca
ſtrum à Caſtro, & oppidum ab oppido,
ſicut poteſt vnire, *Bal. in conſ.322.col.4.
verſ.Pro Domino noſtro facit, vol.p.quem re
fert, & ſequitur. Cran.in conſ.411.num.20.
Soci.conſ.7.col.p.vol.3.Iaſ.in cõſ.p.in 2.dub.
vol.p.& in conſ.10.col.3.vol.3. Soci.Iuni. in
conſ.91.num.4. vol.2. Menoch.alios citans in
conſ.264.num.63.vol.3.* Vnde poſſe Prin-
cipem eximere Caſtrum à Iuriſdictio-
ne Ciuitatis, & alteri concedere, con-
ſtat ex his, quæ conſuluit *Honde. in conſ.
13.præſertim nu.14.vol.p.*

Tamen hæc poſterior ſententia non procedit, quando Ciuitas, cuius Iuriſdictioni, locus conceſſus ſubeſt innititur priori conceſſioni factæ à Principe, quo caſu in eius præiudiciũ alteri concedi non poteſt, iuxta priorem ſententiam, quam in his terminis noſtris *Idem Bal. admittit in d.cap.p.de nat. feud.* & maximè, quando conceſſio prima proceſſit in vim contractus, *Morot.in conſ.46.& Meno.in d.conſ 264. num.64.* pro vt in terminis noſtris, in quibus Meſſana, illiuſque Magiſtratus pro iuriſdictione oppidorũ, & locorum exiſtentium in conſtrictu, & diſtrictu, lętatur priori conceſſione facta in antiquiſſimis priuilegijs Romani imperij Arcadij, Regis Rogerij, & aliorum Principum, quæ proceſſit ex cauſa meritorum, & in vim Contractus, vt viua voce in ſupremo Italiæ Senatu probaui, & pluries conſului pro hac vrbe Meſſanæ, & latiſſimè diſſerui in eo iuris *reſponſo edito pro Immu. Meſſa. in p.par.in 3.ſuppo. vnde veriſſima eſt Petr. de Greg. illatio in d.quæſt.6. in p.par. de conceſſ.feu.* affirmantis, quod oppida exiſtẽ-
tia in diſtrictu Meſſanæ, & illius iuriſdi-
ctioni ſubiecta, non poſſunt alteri in
præiudicium magiſtratus d. Ciuitatis
80 concedi † quia alias veniret concedens
contra priores conceſſiones in vim cõ-
tractus, quas reuocare non poteſt, *Bal.
in l. qui ſe patris num. 14. verſ. qui ſci[illegible], C.
vnd.libe.Cauo.in cap.nouit, de iudi.Soci.Iun.
in conſ.94. num.2. vol.2. Rolan.conſ.1[illegible]
num.20.& in conſ.26.num.35. vol.3. [illegible]pic.
in deciſ.121.num.16.Natt.in conſ.26[illegible] 5.
Reſtau. de [illegible] num.9 [illegible] cum al[illegible]
traditis in d. iuris reſponſo pro Immunitate
Meſſan.in 2.par 8. conſide.num.72. cum ſeq.
& in 9.conſi.nu.81.* quod etiam in ſucceſ
ſore procedere diximus *Ibid.in 10.conſid.
num.86.*

Ex prædictis pariter diluitur, quòd ad coadiuuãdum proprietatis titulum adducebatur, reſultans ex illo actu Bernardi tunc Archiepiſcopi Meſſanenſis, per quem videtur tacitè declarari conceſſio Imperatoris Federici facta de tenimento Lardariæ, quòd fuit cum auctoritate habitandi, & conſtruendi Ibidem Caſale cum Iuriſdictione vaſalorum, nempe ex pręmiſſis liquet quòd talis aſſerta declaratio non ſuffragatur ex quatuor.

Primo, quia in conceſſione prædicta non legitur aliquid, vnde probabiliter poſſet dubitari, an per illam fuit, vel ne

con-

Digitized by Google

conceſſa habitandi facultas cum Iuriſ-
dictione habitãtium, quinimmò ex te-
nore conceſſionis patet oppoſitum, ex
quo non legitur, niſi conceſſio quędam
ſimpliciter facta de illa tenuta, ſeu teni-
mento, quod hodie appellatur Foreſta,
ſub qua tantum proprietatem, non Iu-
riſdictionẽ venire probauimus *poſt Bar.*
81 *Bal. Iaſ. Dec. Pariſ. & alios ſup. nu.* 73. † qua
propter cum verba conceſſionis ſunt
clara, non indigemus gloſę illius ſubſe-
quuti actus, vt dicebam ſup. nu. 8. *poſt
Soci. Seni. & Iuni. & Rolan. addimus eun-
dem Soci. in conſ. 9. nu 10. vol. 3. & Soci. Iun.
in conſ. 65. nu. 56. vol. 1.*

Secundo non ſuffragatur, quia eſt con
tra mentẽ concedentis, qui ex deductis
ſup. num. 77. non intellexit tertio infer-
re præiudicium, & ideo, quia locus con
ceſſus ſuberat tempore conceſſionis iu
riſdictioni Vrbis Meſſanæ, & illius ma-
giſtratus, certè per talem conceſſionem
ſimpliciter factam, non intellexit con-
cedere iuriſdictionem, Ciuitati Meſſa-
næ, & illius magiſtratui, competentem,
quinimmò illam remanere pro Ciuita-
te diximus, poſt eos, quos citant *Couar.
Reg. Tap. & Menoch. quos adduximus ſup.
num. 76.*

Tertio quia, eſto, quòd expreſſè illa
conceſſio fuiſſet facta cum iuriſdictio-
ne, vel quod Idemmet Fede. Impera-
tor poſtea declaraſſet, conceſſionem à
ſe factam intelligi cum iuriſdictione,
tamen non ſuffragaretur cõtra Vrbem
Meſſanæ, [illegible] magiſtratum, ex quo
innititur priori cõceſſioni Iuriſdictio-
nis ex forma priuilegiorum in vim con
tractus, in cuius præiudicium iuriſdi-
ctionis conceſſio fieri non poterat, *vt
poſt Bal. Alex. Morot. Menoc. Capibl. & Pet.
de Greg deduximus ſup. nu. 78. & infr.*

Quarto, & vltimo non ſuffragatur ex
eo, quòd ſi in fortioribus terminis Ber-
nardus ille Archiepiſcopus in d. actu de
claraſſet, expreſſe vigore illius conceſ-
ſionis factæ à Federico Cæſare, velle
nouum Caſale conſtruere cum Iuriſdi-
ctione in vaſallos, & habitatores, adhuc
tamen nihil talis aſſertio, ſeu declaratio
proficeret, quia cum prohibitum ſit ali-
cui Principis Iuriſdictionem exercere,
82 *ad tex. in d. l. 3 ff. ad l. Iul. Maieſt.* † quinim-
mo interdictum eſt Baroni inhabita-
tum feudum habitare, vel dirutum re-
ficère abſque ſpeciali Principis licentia
*ex conſtit. Regni incip. Caſtra, Affli. in deciſ.
265. nu. 10 Petr. de Greg. de conceſſ. feu. in 2.
par. quæſt. 2. num. 11. Menoch. de præſump.
lib. 3 præſump. 97. num. 16. Apont. qui ponit
practicam in concedenda licentia, in tract. de
poteſt. Proreg. in tit. de diuerſ. prouiſ. in prin.
& Maſtril. de magiſt. lib. 4. cap. 16. nu. 184.*
83 † vtique in abſoluiè prohibitis, & non
dependentibus à poteſtate illius Archi-
epiſcopi aſſerentis, ipſi aſſerenti non cre
ditur, niſi de licentia, vel conceſſione,
aut mandato conſtaret, *ad tex. in l. p. &
Ibi Doct. C. de mand. Prin. & in cap. cum in
iure, extra de offi. dele. Alex. in conſ. 6. col. 2.
vol. 4. Feli. in cap. quod ſuper his, n. 10. de fid.
inſtrum. Guid. Pap. in deciſ. 322. Crau. in conſ.
319. in fin. verſ. ſexto, Menoch. in conſ. 100.
num. 10. & Farina. in pract. quæſt. 97. inſpe.*
84 *2. caſ. 2. in princ.* † quòd maxime procedit
in terminis, in quibus agitur de præiu-
dicio tertij, quo caſu, quicquid ſit aliàs,
non creditur Cardinali aſſerenti de mã-
dato, niſi literas oſtendat, *glo. & Abb. in
capit. ſicut, de ſentent. excommu. Dec. in cap.
cauſam, quæ, in fin. de offi. deleg. Abb. in cap.
cum à Nobis, ſub nu. 2. & Ibid. Areti. n. 18.
de teſt. Feli. in d. cap. quòd ſuper his, nu. 12.
verſ. tertia concluſio, Crau. in conſ. 104. nu. 5.
Gozad. in conſ. 41. num. 15. Pari. in conſ. 57.
in fin. vol. 4. Menoch. in d. conſ. 100. num. 73.
Anto. Gabr. in tit. de probat. concl. 3. num. 9.
Decia. in conſ. 92. num. 25. vol. 2. Maſcard.
in concl. 140. num. 10. & in concl. 268. n. 21.*
85 *& Fari. in quæſt. 63. num. 64. & infr.* † Qui-
nimmò non ſolum in abſolutè prohi-
bitis, ſed etiam in permiſſis conditio-
naliter, & ex cauſa, vel in certo caſu, nõ
creditur aſſerenti, niſi aliunde conſtet
cauſam, vel caſum ſubeſſe, *ad tex. in l. ſi
forte, & Ibi Bal. ff. de Caſt. pecul glo. & Do-
cto. præſertim Alex. in l. ſi donatione, C. de
collat. Iaſ. alios citans in l. p. in 5. notab. ſub n.
60. ff. de offi. eiu.* & licet non deſint, qui
velint, quod iſtud locum ſibi vendicat
in priuatis, tamen verius eſſe, quòd re-
gula *d. l ſi forte* procedit etiam in perſo-
nis publicis, *ex Pau. de Caſt. Feli. Soci. Dec.
Purp. & Crau. tradit Menoch. de arb. q. 76. nu.
8. verſ. hic intellectus, & apertè ſentit Iaſ.
in d. l. p. ſub num. 60. verſ. Ego teneo, ff. de of-
fi. eius. Conuenit quòd dicit Bal. in prælud. feu.*
86 *in 3. diuiſ. ſub num. 43.* † loquens de Præla-
to concedente rem Eccleſię in feudum,
& aſſerente pro iuſtificanda conceſſio-
ne rem eſſe antiquum feudum, cui non
creditur, nec talis aſſertio probat talem
eſſe

Digitized by Google

eſſe caſum,ſequitur *Mart. Laude. in cap. p.*
col. 7. de his, qui feu. dar. poſſ. Imol. in cap. 2.
col ante pen. extra de feu. Cæpol. in conſ. 31. n.
6. & 7. qui teſtatur de cõmuni, Alex. in conſ.
10. col. 2. verſ. quia ad hoc reſpondeo, vol. 3.
Alcia. affirmans de veriori reg. 3. præſump.
28. nu. 3. Alber. Brun. in conſ. 40. Gabr. alios
citans in tit. de feu. conclu. p. nu. 6. Aroſen. de
feu. cap. 2. concl. 11. Petr. de Greg. de conceſſ.
feu. in 5. par. quæſt. 3. num. 18. Canne. in cap.
volentes §. & non erit inutile, fol. 124. &
Intrigl. in p. cent q. 24. num. 40. cum ſeq. qui
teſtatur de magis communi, illamq; ampliat,
vt ibi per eum.

Secundo non obſtat, quòd principaliter adducebatur de hac Iuriſdictione, quæ videtur pertinere ad Eccleſiam, ſaltẽ ratione poſſeſſionis, ſeu quaſi, in qua DD. Archiepiſcopi Meſſanenſes ab immemorabili tempore reperiuntur, de qua videtur conſtare tam per teſtes, quam etiam per aliqua acta, quæ in ſcripturis ex aduerſo præſentantur.

Nam, quò ad teſtes deponentes, quanta ſit eorum depoſitioni fides adhiben-
87 da, ex infraſcriptis perpendet Iudex † in
cuius arbitrio teſtium credulitas eſt repoſita, *ad tex. in l. 3. verſ. tu magis ff. de teſt.*
Pau. de Caſt. in l. Lucius. ff. de his, qui notan. in
fa. Soci. in conſ. 90. vol. p. & in conſ. 262 nu.
11. vol. 2. Dec. in conſ. 650. Alba. in conſ. 99.
nu. 7. & 9. Crau in conſ. 35. num. 11. & conſ.
73. vol. p. Marſi. in l. p. §. ſi quis vltio, & in l.
ſi quis, ne quæſtio, ff. de quæ. & in ſingul. 114.
Menoch. de Arbi. caſ. 90. & Pet. Surd. in deciſ. 105. in fin.

88 Primo teſtes prædicti, vt ex eorum lectura patet ſunt tales, quos noſtra ætas villanos vocat ex humili, & plebeo genere nati, qui tanquam perſonæ viles, abſolutè, ſecundum vnam opinionem à teſtimonio repelluntur, *d. l. 3. ibi, an plebeus ſit, ff. de teſtib. iuncto §. ſancimus in auth. eod. tit. Oldra. in conſ. 192. nu. 3. quod eſt de mente Bal. in auth. Cui relictum, col. 2. verſ. attende, C. de indic. vidu. tollen.* affirmantis, quòd iuramentum vilium perſonarum, nullum habet põdus, & apud bonos, & graues viros, quaſi pro nihilo reputatur, *Marſi. in l. maritus, col. 6. verſ. & pro prædictis, ff. de quæſt. Rola. in conſ. 24. nu. 65. vol. p. conueniunt alij, quos citat Io: Mar. Monti. in ſuo repert. teſtium in verb. viles verſ. p.* Et, eſto, quòd teſtes viles admitti poſſint ſecundũ aliam ſententiam, non eſt tamen eis tanta fides adhibenda, *Bar. in l. Diuus, §. fin. ff. de quæſti. Marſi. in l. ex libero, vbi Bar. ff. eod. tit. Boſſi. de tortu. teſt. num. 8. Barba. in tract. de teſtib. in 2. par. num. 18. Curt. in eod. tract. in 3. par. num. 24. Malect. in eod. tract. cap. 2. num. 37. Rolan. in d. conſ. 24 nu. 64. latiſſimè Farina. in pract. de oppoſ. contra perſ. teſt. quæſt. 57. num. 59. verſ. igitur.*

Secundo prædicti teſtes deponunt de negatiua facti infiniti, & indeterminati, dicẽtes, numquam vidiſſe aliquam perſonam acceſſiſſe ad d. Caſale Lardariæ, & vſam fuiſſe aliqua Iuriſdictione, & præſertim DD. Iuratos, ſeu eorum mi-
89 niſtros † Quæ facti negatiua nullatenus
coarctata, per rerum naturam, non eſt probabilis, *ad tex. in l. Actor. C. de probat. cap. bonæ, el p. extra de elect. cap. ſuper hoc, In fin. de renunc. cap. quoniam contrà, vbi profitendo poſt alios late diſſerui, de probat. Dec. Pari. & alij, quos citat Maſca. in concl. 1087. nu. 5. late Pacian. lib. p. de probat. c. 37.*
90 † Vnde, quia teſtes prædicti deponentes
de negatiua, remouent ſenſum ab actu dum dicunt ſimpliciter non vidiſſe, & non actum à ſenſu, vtique eorum depoſitioni non creditur, *glo. in d. cap. bonæ, in verb. per rerum naturam, Abb. in cap licet cauſam, nu. 25 verſ. Item intellige de proba. Areti. in cap. in noſtra, nu. 17. & Ibid. Feli. de teſt. Natt. in conſ. 199 num. 13. vol. p. Rui. in conſ. 97. circa fin. vol. 4. Syman. de hære. cap. 26. nu. 4. Hercul. de proba. negat. nu. 127. Iul. Clar. quæſt. 52. nu 3. Maſca. in concl. 70. nu. 5. Anto. Gabr. in tit. de teſtib. concl. [illegible] nu. [illegible] 8. Fulu. Pacian. de [illegible] 36. nu. 6. & infr. & in d. cap. 37. Oſas. in deciſ 66. nu. 29. Myſing. obſer. 38. in fin. lib. 4. Soci. in tract. regul. in regul. 426. in 3. Fall. late Fari. de oppoſ. contra dicta teſt. quæſt. 65. n. 221. & 228.* Quinimò tales teſtes deponentes ſuper præmiſſa negatiua vaga, & indeterminata, ſũt de falſo ſuſpecti, *Bal. in d. l. actor, col. 2. C, de proba. & in l. de die, §. pen. ff. qui ſatiſd. cogan. idem Bal. in cap. p. §. ſi quis per triginta, ſub nu. 3. ſi de feu. defun. fue. contro. Alex. in conſ. 41. habita ſuper contentis, col. 3. vol. 2. Natt. in conſ. 648. num. 5. vol. 4. Dec. in d. cap. quoniam contra, ſub p. not. verſ. & ideo teſtes, Gramm. deciſ. 56. num. 4. Iul. Clar. in §. falſum, verſ. ſolet etiam dici, & in d. qu. 52. num. 3. in fin. Andr. Gayl. obſer. 64. nu. 4. lib. p. Menoch. lib. 2. præſ. 55. num. 7. Maſcard. in concl. 1364. num. 10.* Immò eos eſſe falſos, & de falſo eſſe puniendos, non deſunt, qui tenent, quos citat *Fran. Hercul.*

in

in tract.de negat.nu.178. & inf.& poſt eum
91 *Farin.in d.quæſt.65.n.205.cum ſeq.* † Vnde
cauere debent teſtes, tanquam ab igne,
ne veram negatiuam atteſtentur, *Ange.
in l.pen.§. docere ff.ne quis eum, Poſt Inno.
quem citat, in cap cum Eccleſia, de cau. poſſ.
& propriet. Dec in d.cap.quoniam contra, &
Natt.in d.conſ.648.*

92 Tertio teſtes prædicti nimis animosè
deponunt, vnde ſuſpectos, & non ido-
neos teſtes eſſe voluerunt, *Cano.in c.2.de
inte teſti. Bal.in l.teſtium nu.17. verſ. circa
quartum, C.de teſtib. Barb.in conſ.32.col.2.
vol.1.Alex.in conſ.154.col fi.vol 5. Gig.cõſ.
47.n.13 Brun.in conſ.27.in fi. Silu i.in cõſ.
50.n.4. Rol. in conſ.7.n 20. vol.1. & in conſ.
27.n.22.vol.3.Crau.in conſ 2.n.6.& in conſ.
249 nu.4.Gramm.in conſ.12.nu.14 in crimi.
Iaſ.in conſ.64.nu.38.& in conſ.66.n.25.Me-
noch.de præſump.in d præſ.55. nu.3.lib.2. &
in conſ.31 nu.27. Maſcar.in concl 1378.nu.
2.& Proſp Farin. alios citans de oppo.contr.
perſ.teſt.q.60. nu.35.cum ſeq.* quorum te-
ſtium animoſitas arguitur ex eo, quòd
non ſolum deponũt de affirmatiua poſ-
ſeſſionis, ſeu quaſi Domini Archiepiſco
pi, ſed etiam expreſsè atteſtantur de ne-
gatiua poſſeſſionis omnium magiſtra-
tuum, cum aliàs ſimpliciter deponendo
de affirmatiua, ex ea reſultaret negatiua
abſque illa expreſſione, ex reg. *tex. in l.
3.§. ex contrario, ff. de acqui.poſſe. ad tradita
per Fari.in d.quæſt.65.num.215.*

Quarto aduerſus teſtes prædictos, &
eorum depoſitionem vrgent in contra-
[illegible]um teſtes depon[illegible] parte Vrbis,
qui ſunt nobiles, & graues viri, & affir-
matiuè deponunt de vſu immemorabi-
li iuriſdictionis habito in Caſali Larda-
riæ per Senatum, & alios officiales d.
Vrbis, circa recognitionem ponderum,
& menſurarum, circa metas & qualita-
tes rerum ad victum, & potum huma-
num pertinentium, quibus etiam ſi pau
ciores eſſent, præſtanda eſt fides potius,
quam teſtibus ex aduerſo deponenti-
bus non ſolum ratione eorum qualita-
tis, ſed etiam ex eo, quòd iſti deponunt
de affirmatiua, illi verò de negatiua, vn-
93 de magis credendum eſt duobus teſti-
bus affirmantibus, quam mille negan-
tibus. *glo.in l dic proferre, §. ſi plures, verſ.
Item quæritur & Ibi Bar. ff. de arbi. Rui. in
conſi. 11. col. 1. vol 5. Dec. in conſ.173. col.
fin. Soci.Iun in conſ.146 nu 38. vol.p. Abb.
in cap. cum in tua num. 2. de teſtib. Rolan. in
conſ.93.nu.2.vol.2. Boſſ.in tit. de oppo.cont.
teſt.nu.90. & alij, quos congerit Maſcar. in
concl.70.nu.2.Gabr.de teſt.concl.4. & Fari.
in d.quæſt.65.num.200.cum ſeq.*

Quinto, & vltimo teſtibus prædictis
deponentibus de negatiua nimium re-
fragantur acta publica, ex quibus con-
ſtat de oppoſita affirmatiua, Nempe ip-
ſi deponunt non vidiſſe aliquam perſo-
nam alicuius ſtatus, & præſertim DD.
Iuratos, & eorum officiales veniſſe in d.
Caſali, & ibidem exercuiſſe Iuriſdictio-
nem, & tamen de acceſſu Curiæ Strati-
cotialis ad d.Caſale ad effectum viſitan-
di, & ibidem ius, & iuſtitiam in ciuili-
bus, & criminalibus adminiſtrandi cõ-
ſtat per multa acta publica, & banna
ibidem publicata, & verbo fertur, quod
Archiuium d. Curiæ eſt plenum de a-
ctis cauſarum ciuilium, & criminalium
hominum, & habitatorum d. Caſalis
qui ſicut cæteri aliorum Caſaliũ ſubij-
ciuntur Curię Straticotiali, & de acceſ-
ſu Senatus, & aliorum officialium Vr-
bis pro dirimendis differentijs de publi-
cis limitibus, & aquis, & alijs ſimilibus,
cõſtat per infinita acta publica in ſcrip-
turis præſentata, & per Banna Senatus
ibidem publicata, & alia acta iuriſdi-
ctionalia, ex quibus Iuriſdictionis poſ-
ſeſſionem, ſeu quaſi probari diximus,
poſt Bar.Bal.Roma.Bru.Alex.Soci. Menoc.
94 *& alios* † Quapropter ſi in teſtibus pon-
deranda eſt veriſimilitudo, *l. ob carmen
§.ſi teſtes, ff.de teſt.cap.licet cauſam, verſ ex
præmiſſis, & ibi.Card.Zaba.in prin. Anto.de
But.nu.49.Abb.nu.9.Imol.nu.13.Dec.Bero.
& alij, de probat.c.in noſtra, & ibid.not.But.
Aret.Ab.Fel. & Cano.de teſt.Bertaz. in cõſ.
373.lib.2.Maſcar.in concl.1364 n 8 quibus,
& alijs accedit Farin. in quæſt. 65.nu.128.
& infr.* vtique non eſt veriſimile prædi-
ctos teſtes originarios, incolas, & habi-
tatores d. Caſalis Lardariæ ignoraſſe
reiteratos acceſſus tũ Curiæ Straticotia
lis, tum etiam Senatus, & aliorũ officia-
lium ad d. locũ, nec eos vidiſſe, qui infi-
nitis vicibus illuc acceſſerunt, ad viſitã-
dum, & iuſtitiã adminiſtrandam, & ma-
ximè, quando proclamata, & publica
95 banna interuenerunt † ex quibus præ-
ſumitur ſcientia de facto, in quo hęc in-
teruenerunt, *Gramm.in deciſ.36. nu.17. &
24.Oſaſc.in deciſ.71.nu.40 Ioſe Ludo in dec.
peru.67. num.7. Fran. Marc. in deciſ.63. &
155.in 1.pa.& in deci.238.& 523.in 2 par.*

Crau.in conſ.271.num.8. & Cabal. in mille-
96 loq.510. † & ideo, tanquam inuerisimilis
non probat, ſed redditur ſuſpecta pre-
miſſorum teſtium depoſitio, ſi nolumus
illam appellare falſam, Boſſ.in prac.in tit.
de oppoſit.contra teſt.num.94. & 96. Tiraq.
in prafat.l.ſi vnquam, num.45.cum ſeq. C.de
reuo.donat. Rola.in conſ.7.num.17 vol.1. &
conſ.27. num.28. eod.lib. Burſ. in conſ. 346.
nu. 12.lib.4. Menoch.de arbi.caſ.474.nu.59.
Maſcar.& alij, quos citat Fari.in d. quaſt.65.
97 num. 144. & Infr. † Corruit enim in to-
tum teſtium depoſitio, vel falſitatis ſu-
ſpicione laborat, eo ipſo, quòd in aliqua
parte eſt falſa, vel de falſo ſuſpecta, glo.
in cap.ſi teſtes, 4 q.3.glo. in d.cap. in noſtra,
de teſti. Inno. Abb. Feli. & alij in cap frater-
nitatis, de hareti. Bal. Salice. Pau.de Caſtr. &
Alex. in l. ſi ex falſis, C.de tranſac. Alex.in
conſ.27.col.3. vol.2. Marſi.in l.eos, C.de falſ.
Gabr. alios citans, in tit. de maleſi. concl. 4.
accedit Io. Vinc. de Ann in alleg.52.nu.37.
& Petr.Surd.in conſ.61.nu.35.

Quo verò ad illa acta, quæ præſentan-
tur pro oſtendēda poſſeſſione, ſeu qua-
ſi Iuriſdictionis, pro ſolutione, ac dilu-
cidatione veritatis animaduertere o-
portet, qđ ſi loquimur de illis actis, quæ
pertinent ad locationem Bayulationis,
ad electionem Iudicum, & exactionem
decimarum, vtique de his in hac iudi-
cij inſtantia non contenditur, quia non
inficiantur decimæ, nec Bayulatio Do-
mini Archiepiſcopi, nec electio Iudi-
cum, quæ fit per Bayulum, & homines
d. Caſalis, quòd, vt verbo fertur, ſolent
condemnare in pœnam vnius tareni
pro eo, quod vulgò dicitur il palo, pro
damno illato in tenuta, ſeu foreſta ip-
ſius domini Archiepiſcopi, & illius dā-
98 ni eſtimationem, † vnde eſto, quod pre-
miſſa competāt domino Archiepiſco-
po ex conſuetudine, ſeu præſcriptione
immemorabili, quæ, vt dicebam, ad pre-
ſens non inficiantur, non tamen ex his
eſt inferendum ad cognitionem publi-
corum, ponderum, & menſurarū, & ad
conſtitutionem metæ, & alia de quibus
hodie contenditur, ad tradita per Bar.in l.
1. §. ſi quis hoc interdicto, n.1.ff.de iti.actu.
priu.& in l.ſi publicanus, §.fi.in fin.ff.de pu-
bli.& vecti. Salic.in l.2.in fi.C.non. vecti. in-
ſti.non poſſ. Pari. in conſ.13. ſub nu.38. vol.
1.Crau.in conſ.111.num.6.vol.1. Menoch.de
retin.remed.5.nu.59.& in conſ.612. num.1.
Rond.in conſ.79.nu.48.vol.1. ad latè tradita
à Nobis in eo iuris reſponſo pro Immunitate
Meſſana, numer. 147. cum ſeq. in 3. part.
At ſi loquimur de his actis, quæ talia
primo aſpectui videntur, quod ex eo-
rum exercitio argui poteſt poſſeſſio,
ſeu quaſi illius Iuriſdictionis in termi-
nis, de quibus contenditur, tamen illa
non refragātur ex duobus. Primo quia
Meſſana, & illius Senatus oſtendit non
ſolum proprietatis titulum, ſed etiam
antiquiſſimam, & ſupra centenariam
poſſeſſionem ſeu quaſi continuatam
In terminis huius Iuriſdictionis, vt ex
ſuperius deductis patet à num. 52. verſ.
quòd verò, & infr. & ideo exiſtente in
tali poſſeſſione Senatu Meſſanæ, non
potuit Dominus Archiepiſcopus per
illa prætenſa acta acquirere, quaſi poſ-
ſeſſionem Iuriſdictionis, de qua eſt con-
tentio, abſque expreſſa ſcientia, & pa-
99 tientia ipſius Senatus, ex eo † quod in
incorporalibus non acquiritur, quaſi
poſſeſſio, niſi ſciente, & patiente eo, de
cuius agitur præiudicio, Bar.in l.1.in fin.
ff. de aq. plu arce. Bal.in l.2 numer.12. C.de
ſeruitu.& aq. Abb.in cap cum Eccleſia Sut-
rina numer.25.& Ibi.Rip.nume.64. de cau.
poſſe. & proprie. Rolan. in conſ.9.in 5.Concl.
numer.43. vol.3. Socin. in conſ. 187. vol. 2.
Brun.conſ.20.nu.21. Pari.in conſ.112.num.
46. vol.1. Menoch. alios citans, de arbi. caſ.
161.num.4.qui teſtatur de communi, & ibi.
100 nu.3.† inferi indiuidualiter, quod quaſi
poſſeſſio Iuriſdictionis non quæritur,
niſi data ſcientia Domini, poſt Areti in
conſ. 42.num. [illegible] in deciſ.57
in qua refert ſacrum concilium iudi-
caſſe pro conuento in iudicio poſſeſ-
ſorio Iuriſdictionis, licet actor probaſ-
ſet illius adminiſtrationem ex eo, quod
non fundauit exercuiſſe, ſciente eo, cu-
ius intererat, Iaſ. in §. Barbarius numer.
52.in fin.ff. de offi.Prato. Rui.in conſ. vltim.
numer.4.lib 4. & in conſ.163 numer.5. vo-
lum.5. Crauc.in conſ. 134 numer.14. Couar.
in capit poſſeſſor in 2.par. in initio numer.8.
de regu. iuris in 6. & Menoch. in conſ. 147.
numer.55.volum.2. & in conſil.612.numer.
16. de qua ſcientia, & patientia Sena-
tus in hac facti ſpecie, non conſtat,
101 † quæ erat probanda ab eo, qui in
ſcientia ſe fundat, Bald. in capit. primo
§.ſi vaſallus feudum, ſi de feu.fue.controuer.
& in leg. quamdiu. C. qui admit. Decius in
leg qui in alterius, ff. de regul. Iuri. & in
conſilio 445. in fine. ex eo, quod igno-
rantia

rantia præſumitur, vbi de ſcientia non conſtat, *l. verius, ff. de proba. ad latè tradita in cap. ſuper literis, num. 188. de reſcrip.* quinimò tantum abeſt, quod Senatus ſciuit aſſertum Iuriſdictionis exercitiũ, quòd quam primum notitiam habuit, quòd Illuſtriſſimus Dominus Modernus Archiepiſcopus volebat in certa ſcriptura imprimenda, titulum Baronis apponere, nullatenus paſſus eſt illum apponi titulum, & appoſitum in originali manuſcripto deleri fecit, vt conſtat pluribus, & præſertim impreſſoribus in Typographia Petri Breæ, qui titulum prædictum delerunt; Secundo non refragantur, quia illi aſſerti actus
102 ſunt moderni ab anno 1604. † Vnde, ſtante poſſeſſione immemorabili Senatus, dicuntur Clandeſtini, & non poſſeſionem, ſed turbationem important *Affli. in deciſ. 167. ſub num. 3.* Iunior enim poſſeſſio, ſi poſſeſſi mereitur appellari, dicitur clãdeſtina, & vitioſa reſpectu poſſeſſionis antiquioris, *cap. licet cauſam, & Ibi. Cano. extra de proba. Gozad. in conſ. 86. numer. 7. Pari. in d. conſ. 112. nu. 73. vol. 1. & in conſ. 126. col. 1. vol. 4. Rola. in conſ. 46. num. 40. & in conſ. 72. num. 2. vol 2. & in d. conſ. 9. ſub num. 12. & in conſ. 41. num. 13. vol. 3.* & ideo antiquior debet attendi poſſeſſio, illaq; præualet, vt ex multis promit. *Menoch de reti. poſſe. reme. 3. num. 225. & remiſſiuè in d. conſ. 612. n. 20.* & tanto fortius, quia concurrit titulus proprietatis pro Senatu, & magiſtratu Venetiis, vt [illegible] quo caſu in fortioribus terminis illius poſſeſſio, ſeu quaſi debet proferri ad tradita per eũdem *Menoch. in d. reme. 3. numer. 728. & 733.*

Quia de re ex præmiſſis omnibus patet, quod Dominus Archiepiſcopus Ius & Iuſtitiam, nec in proprietate, nec in poſſeſſione, ſeu quaſi huius Iuriſdictionis fouet, & ideo illa ad ipſum D. Archiepiſcopũ ratione Eccleſiæ ſuæ pertinere non dicitur, & per conſequens non conuenit *tex. ex aduerſo allegatus in d l. verbum illud pertinere, ff. de verb ſignific. cum concordantibus ſuperius citatis*
103 † nec adaptatur, quod tradit *Io; Fran. de Leo. in theſau. for. Eccle in 3. parte cap. 7. num. 108. & 112.* qui loquitur de eo, qui fatetur vſurpaſſe bona ab Eccleſia poſſeſſa, qui non excuſatur, excipiendo de Iure ſibi competenti, Nam tunc de tali iure cofitentis non conſtat, & per confeſſionem pro poſſeſſione Eccleſiæ eſt fundata intentio, & ideo in foro exteriori talis à cenſura non excuſatur; At in terminis iſtis, & in hac facti ſpecie, pœnitus inficiatur Eccleſiæ poſſeſſio, ſeu quaſi de Iuriſdictione, de qua quæritur, vt ex præmiſſis liquet, ex quibus etiam conſtat Senatum ius, & iuſtitiam fouere, tum in proprietate, tum etiam in poſſeſſione, ſeu quaſi, huius
104 Iuriſdictionis, † quam abſque iniuria alicuius potuit continuare etiam in fortioribus terminis, vbi naturalis poſſeſſio eſſet penes alium occupata, *ad tex. in l. clam. poſſidere §. qui ad nundinas, vbi Iaſ. numer. 23. & in l. ſeq. ff. de acqui. poſſeſ Bart. in l 1. §. interdictum ff. vti poſſi. & in l. 1. C. vnd. vi. Alex. in conſ. 6. nu. 13. vol. 2. Pari. in conſ. 24. numer. 19. vol. 1. Menoch. in reſpon. cau. fina. in 2. arti. nu. 29.* & ideo veriſſimum eſt, vt vltima primis correſpondeant, quòd in hac facti ſpecie ceſſat conditio illa neceſſaria ad huius cenſuræ incurſum, Nempe iure optimo apertiſſimè ex præmiſſis liquet, Senatum Iuriſdictionem ad Eccleſiam pertinentem non vſurpaſſe, ſed propriam exercuiſſe, ad eum, & proprietatis, & poſſeſſionis titulo pertinentem; vnde ſuboritur, quòd dictum eſt, aſſertam declaratoriam ſententiam excommunicationis ex falſa cauſa, & nulliter proceſſiſſe, pro vt in hoc primo capite nullitatis concludendum eſse arbitror.

Secundum principale caput nullitatis huius declaratoriæ ſententiæ ex eo indubiè reſultat, quod illa lata fuit, abſq; partis citatione, quæ omninò debebat
105 præcedere † quia generale eſt, quòd ea, quæ partem lædere poſsunt, ea præſente, vel legitimè citata ſunt agenda, aliàs actus eſt ipſo iure nullus, *l. de vnoquoque, & Ibi. Marſi. num 38. ff. de re iudi. l. nam ita diuus, ff. de adopt. l. 2. in fin & Ibi glo. C. ſi prop. publ. penſ. cap. Eccleſ. Sanctæ Mariæ vbi glo. & Docto. extra de conſti. glo. in cap. ſtatutum, §. innullo; in verb. citet, de re. ſcrip. in 6. Guid. Pap. in conſ. 119. nu. 2. Caual. in deciſ. 11. num 30. de iudi. in 1. par. & in deciſ. 22. num. 24. in 5. par. Affli. in dec. 366. Capr. in deciſ. 69. num. 25. late Vant de nulli. in tit. de nullit. ex defe. citat. Rolan. in conſ. 68. numer. 14 vol. 2. & in conſ. 35. & in conſ. 53. num. 14. & ſeq. vol. 4. Menoch.*

in conſ.345.num.13. Magon.in deciſ.Floren. 94. num. 18. late Nouarius in prag. Regni Neap.1.de citationibus.

106 Quod indiuidualiter vendicat ſibi locum in declaratoria ſentẽtia, per quam declaratur aliquem incidiſse pro aliquo facto in excommunicationem latam à Canone, in qua requiritur cauſæ cognitio, per quam conſtet, parte citata, illud factum fuiſse commiſsum, *glo. in clem. fin. in verb.conſtiterit, de cenſib. & in clem.2.in eod.verb.de pœn. Abb. in cap. peruenit, el 1.num.5. de appell. Pet. de Aucha. in conſ.189.incip.tribus de cauſis, numer.3. Card. in d. clem.fin. in 8.quæſt. Dec. in cap. reprehenſibilis, col.2. ſub num.mihi, 2.verſ. ſed iſta concluſio, qui teſtatur de communi, de appell.idem Dec.in d.cap.Peruenit, ſub n. 2.eod.tit.Fel.in cap.Rodulphus, nu.41.verſ. citetur & pars, de reſcrip. & in cap.2. ſub n. 6. & 7. de ſponſal. Card. & Imol. in cap.extirpandæ de præbe.Hyero. Gig.de penſi.quæſt. 78.num.5.Couar.in cap. Alma Mater, §. 9. ſub num. 5.ſub verſ. trina verò, de ſent. excomm. in 6. Nauar. in conſ. 56. num.5. verſ. cui addo, de ſent.excomm. Auil.de cenſ. Eccleſ. in 2. par. cap. 5. diſpu. 1. in 5. dubio in 2. conclu. Suarez de cenſu. diſput. 3. ſecti. 20, numer. 25.* quòd in terminis declaratoriæ ſententiæ contra vſurpantes bona Eccleſiæ, tenet *Io. Fran. Leo.in Theſau.for. Eccleſ. in 3.par.cap.2.num. 105.*

107 Quæ ſane citationis ſolemnitas adeo eſt neceſſaria, quòd ſi lata fuerit declaratoria ſententia abſque partis citatione, illa eſt ipſo iure nulla, *Imol. poſt Card. in d. cap. extirpandæ, Fel. in d. cap. Rodulphus, vbi ſup.* conſtituens poſt eos, quos citat, differentiam inter ſententiam excommunicationis, & declaratoriam, ſi quidem illa in priori caſu eſt valida, licet ſine citatione lata, *ad tex. in ca. Romana de ſent.excommunicat. in 6. Abb. in cap. Sacro, eod.tit. & in d capit. reprehenſibilis, num. 13. de appell. cum alijs citatis à Couar. in d.§. 9. num.7. Nauar.in capit. cum contingat, cau. 5. de reſcrip. Suarez in d.diſput. 3. ſect. 12.* in poſteriori verò, de quo loquimur eſt ipſo iure nulla, *Aret. in conſ.165. incip. ſicut Ioannes dixit, numer. 10. verſ. ſecundæ obiectioni, & infr. late Socin. inter conſ. Curt. Seni. in conſ.20. Gig. in d. quæſt. 78. numer. 5. Couar. in d. §. 9. in loco præcit. Menoch. in terminis fortioribus in conſil. 965. numer. 12. Nauar. in d. conſ. 56. Auil. de cenſu. in loco præci. & Suarez,* quòd fideliter perpenſus hoc non inficiat *in d. ſect. 10. diſpu.3. num. 15.*

Sed non omitto, quòd huic capiti nullitatis primo aſpectu duo refragari videntur, in quibus ipſe ſcio ex aduerſo fieri fundamentum, ſic enim veritas, quam nos amplectimur, tanto clarior, expulſis nebulis in lucẽ progredietur, ſicut aromata, quæ magis redolent, quanto magis conteruntur, *vt poſt alios, tradit Rola. conſ.13. nu. 1. vol. 3.*

Primo ergo vrgere videtur in oppoſitum *ille tex. in d.c. reprehenſibilis, de appel.* vbi prohibet Roman. Ponti. ne Prælati proferant ſententiam ſuſpenſionis, vel excommunicationis In ſubditos, ſine canonica monitione, niſi fortè (ſubdit tex.) talis ſit culpa, quæ ipſo ſuo genere, ſuſpẽſionis, vel excommunicationis pœnam inducat, per quem tex. non
108 deſunt, † qui tenent, quod quando Iudex pronunciat excommunicatum eũ, qui, antea, lege diſponente, eſt excommunicatus, quòd nõ requiritur citatio, *quod tradit Roman. in l. is, cui bonis, col.6. ff. de verb.oblig. quem refert Feli. in d.capit. 2. ſub num 6. de ſponſ. Idem Roman. in conſ. 481. in 2. dub. verſ. tertio dico,* & ideo per illum tex. limitãt aliqui regulam, quòd ad validitatem actus, requiritur citatio, vt non procedat, quando agitur de imponenda pœna, ipſo iure à lege impoſita, quæ exequi poteſt abſque citatione *Marian. Seni. in repeti. Rubr. extra de dilat. col. 3. verſ. quartus caſus, & Marſi in l. vnica, nu.6* [illegible] quod in terminis declaratoriæ ſententiæ excommunicationis viſus eſt ſentire *Suarez in d.diſput.3 ſect. 10. nu. 13.* referens in hanc opinionem inclinare *Couar. in d.§. 9. ſub num.5. in loco præci.*

109 Secũdo videtur refragari, quod ex adue:ſo ſupponitur videlicet notorietas facti, quæ à citatione excuſat, vnde in notorijs fertur ſentẽtia declaratoria excõmunicationis abſq; citatione *Abb. in d.ca.peruenit el 1. nu.7. & Ibi. Dec. de appel. Idẽ Abb. in c. Parrochianos, col. 1. de ſent. excommu. Feli. in d.ca. Rodulphus, ſub d.nu. 41. verſ. intellige ſecũdo, de reſcrip. Auil. de cenſ. in d. 2. par. cap.5. diſpu.1. in 5. dubio in d. 2. concl. Suarez in d. 3. diſpu. ſect. 10. num. 18.* pro quibus facit, quia generale eſſe videtur, quòd in notorijs non requiritur citatio, *Abb. in c. cum olim, de re iudi. ad tex. in cap. cum ſit Romana, vbi notat Abb. nu.7.*

de

de appel. glo. & Bart. in l. 2. §. quod de frumentaria, ff. de admi. re. ad Ciui. perti. Iaſ. in conſ. 86. in fin. vol. 3. Gramm. in deciſ. 36. num. 58. *Menoc. de recup. reme. 14. n. 259.* De qua notorietate conſtare videtur eo ipſo, quòd de vſurpatione teſtes deponunt, quorum depoſitio inducit notorium *Meno. de recupe. reme. p. nu. 227. Capr. de notor. in p. mem. in fin. num. 25. Maſcar. in concl.* 1102. *num. 18. & Farinac. queſt. 21. nu. 22.*

Sed hæc non refragari præmiſſæ ineuitabili nullitati, ex infraſcriptis oſtenditur.

110 Primum, quòd reſultat *ex illo tex. in d. cap. reprehenſibilis*, diluitur ex eo, quòd non intelligitur de ſententia declaratoria excommunicationis, de qua hic loquimur, nempe in ea neceſſariam eſſe partis citationem, aliàs nullam eſſe ipſo iure tenent Doct. præcitati, ſed loquitur de ſententia excommunicationis, quæ fertur ab homine contra eum, qui à Canone pro ea culpa ipſo iure eſt excommunicatus, qui cum poſſit iterum ab homine excommunicari, id quidem fieri poteſt abſque monitione, ſic intelligit illum tex. *Abb. ſeu adden. ad Abb. ibi nu. 6. vbi etiam Franc. & Dec. ſentit, ſub nu. mihi, 2. & clarius Feli. in d. cap. 2. ſub n. 6. verſ. ſed re vera. extra de ſponſ. refert Couar. in d. §. 9. ſub nu. 5. in verſ. trina, & Suarez de cenſu. in d. diſpu. 3. ſect. 10. num. 13.* qui ſane intellectus, rectius accommodatur ad illum tex. tum quia aliàs deſtrueretur communis opinio, ſecundum quam in declaratoria requiritur citatio, vt dictũ eſt tum etiam quia, dum prohibet Prælatos ferre excommunicationis ſententiam ſine canonica monitione, & excipit caſum, quando talis eſt culpa, quæ excommunicationis pœnam inducat, vtique debet intelligi exceptio illa; iux. regulam, & ſic, vt ferri poſſit excommunicatio abſq; monitione, aliàs ſi de ſententia declaratoria intelligeretur,

111 † exceptio illa non eſſet de regula, quod eſt abſurdum, *ad tex. in l. nam quòd liquidè, §. fin. ff. de pœn. lega. ad notata per Din. in rubr. de reg. Iur. in 6. Bar. in l. p. in fin. & Ibi. Dec. num. 20. & Cagn. num. 31. & 34. ff. eod. tit. Afflic. deciſ. 45. num. 2. Menoch. in conſ. 141. nu. 17. & in conſ. 609. nu. 9.* fateor tamen, quod iſte intellectus, aliquibus videtur dubitabilis, vt animaduertit *Dec. in d. cap. reprehenſibilis, ſub num. 2. verſ.* ſed iſta concluſio, qui ait, quòd ſi ſecundum communem opinionem in denũciatione excommunicationis incurſæ, & latæ à Canone citatio requiritur, ex ſuperius citatis, fortiori ratione hoc idem videtur dicendum in caſu, in quo de noua excommunicatione ferenda tractatur, vnde Dec. ſi rectè legitur, non negat, quod in declaratoria requiritur citatio, ſed dubitat, an poſſit illa omitti in ſententia excommunicationis, quæ fertur cõtra eum, qui eſt à lege excommunicatus iux. præmiſſum intellectum, quem tamen improbat *Suarez in d. ſect. 10. numer. 13.* de cuius auctoritate ſcio, quòd ex aduerſo fit magnum feſtum, dum ait quod proprijſſimè, & ſatis ad literam ille tex. intelligitur de ſententia declaratoria, qua aliquis publicè denunciatur excommunicatus, quòd cõſentaneum eſſe inquit rationi, potius, quam affirmare, quòd poſſit aliquis à Canone excommunicatus, nouo excommunicationis vinculo ligari abſque vlla præuia monitione, vnde *Hoſtienſ. in d. cap. reprehenſibilis, quem citat Suarez*, vt intelligit illum tex. in ſententia declaratoria, quæ ferri poteſt abſq; citatione dummodo factum ſit notorium, quòd referunt *adden. ad Abba. Ibi. ſub. num.* 8. & in effectu in his terminis hoc reſtringere videtur *Suarez, vbi ſup. nu.* 18. nempe non minus eſt abſurdum dicere, quod quis poſſit declarari incidiſſe in excommunicationem Canonis abſque citatione, quam affirmare nouo vinculo excommunicationis ligari poſſe, quia certum eſt, quòd non poteſt ferri declaratoria ſententia, niſi prius conſtet de facto habente cenſuram Canonis annexam, vnde debet citatio præcedere, vt inquit *Dec. in d. cap. reprehenſibilis, vbi ſup. qui in verſ. & ideo*, intelligit premiſſum intellectum procedere, & reſtringi, quando conſtat de facto, videlicet parte citata, *vt declarat Roman. quem citat Dec. in d. conſ.* 481. Qua propter vt cumq; ſit, & ille tex. intelligatur, ſiue dicimus, quòd in ſententia excommunicationis ſecundum vnum intellectum, ſiue in declaratoria ſecundum alium, non requiritur monitio, oportet tamen de facto, & crimine, cuius cauſa excommunicatio indicta eſt à Canone, citata parte, prius conſtare, vnde

Digitized by Google

remiſſa eſt citatio ad ſententiam, non autem ad cauſæ cognitionem, vt indiuidualiter *tradit Roman. in d. conſ 461. & probant alij, quos citat, & ſequitur Couar. in d. §. 9. ſub d. num. 5. in d. verſ. trina, quod non inficiat Suarez in d. ſect. 10. nu. 15. & ſecundum prædicta ſentiunt idem Roma. in d. l. is, cui bonis*, qui loquitur de pronunciatione excommunicationis latæ à Canone *& Maria. Soci. & Marſi. citati ex aduerſo*, qui loquuntur de executione pęnæ à lege Impoſitæ, quę ſecundum eos fieri poteſt abſq; citatione *per illum tex. in d. cap. reprehenſibilis*; Cæterum omnes conueniunt, quod debet prius de exceſſu conſtare, citata parte, vt ex prædictis patet, ex quibus inferendo ad rem noſtram, nullo iure affirmari poteſt, quòd valida ſit declaratoria ſententia, de quà quæ-
112 ritur, lata abſque cauſæ cognitione † & quod mirum eſt, cum euidenti præcipitatione *contra glo. in cap. non in perpetuum 24. quæſt. 3. ad tradita à Feli. in capit. Eccleſia Sancta Maria numer. 35. extra de Conſti.* quando quidem die tertio Martij proximi præteriti fuerunt recepti teſtes de acceſſu DD. Iuratorum ad d. Caſale Lardariæ, & eadem die fuit lata declaratoria ſententia, vnde in re tam graui, & quæ longa indigebat diſcuſſione, vt ex præmiſſis meritis patet, impoſſibile fuit Iudici cuncta rimari potuiſſe, vt debebat *ad tex. in cap. occidit, 23. quæſt. 8. & in capit. iudicantem. 30. quæſt. 5.* & ideo ſola hæc præcipitatio, quam iuſtitiæ nouercam appellat Roman. Pontifex *in clement. Paſtoralis. § verum, de re iudi.* eſt ſufficiens pro nullitate ſententiæ, *ad tex. in capit. cum ex literis, iunctis his, quæ notat Abbas in 8. notat. de in integ. reſt. Bart. in l. prolatam, numer. 10. C. de ſent. & in l. ex ſtipulatione C. eodem, tit. Calder. in conſ. vlt. de re iudi. Abb. in capit. afferte, de præſump. Gemini. in capit. ponderat, 50. diſtinc.* qui reprehendit Iudices, quibus de mane mittitur proceſſus, & in veſperas ferunt ſententias, *Anchar. in conſ. 83. viſis diligenter, & in conſ. 255. num. 3. Alex. in conſ. 218. nume. 9. vol. 2. late Feli. in d. capit. Eccleſia S. Mariæ. num. 14. & infr. de conſti. Dec. in conſ. 296. num. 6. & in conſ. 479. nu. 7. & in conſ. 544. n. 17.* quod eſſe commune, et à Docto. vbiq; receptum *tradit Alex. alios citans in l. 2. & ibi, Iaſ. nu. 15. C. de eden. Vant. de nulli. in tit. de nulli. ex defe. proceſ. nu. 34. & Pari. in conſ. 124. in prin. vol. 4.*

113 Secundum, quod ex aſſerta notorietate adducitur, facile quidem tollitur, ſi verum eſt, quòd nō ſufficit allegare notorium, niſi cōcludens ratio, de eo reddatur, *vt poſt. Abb. Fran. Capr. & Iaſ. atteſtatur Fari. in pract. quæſt. 21. numer. 102.* nam multa ſolent allegari notoria, quæ verè non ſunt, *ad tex. in cap. conſuluit, el 1. de appel. Sali. in l. ea quidem, in fi. C. de accuſ. Boſſ. in tit. quo. proce. in crim. noto. ſub nu. 3. Dec. in conſ. 483. ſub nu. 27. Ceph. conſ. 201. num. 9. vol. 2. Rolan. in conſ. 53. nu. 34. vol. 2.* vnde ſępe loquimur de notorio, & quid ſit notorium ignoramus, *glo in cap. manifeſta, 2. q. p. Iul. Clar. quæſt. 9. nu. 1. Fari. in d. q. 21. nu. 103.* & ideo titubare iuris peritos in cognitione notorij, *inquit Abb. in d. ca. cōſuluit ſub. n. 2.* qua propter, quòd de notorio dicitur, terminis noſtris non conuenit, nec pro validitate ſententiæ, de qua quæritur, ſuffragatur.

114 Primo, quia Doctores, qui aſſeuerant, quod poteſt ferri ſententia declaratoria in notorijs abſq; citatione, non loquũtur de facto notorio, ſed de crimine, ſeu exceſſu, aut delicto notorio, *Sic Abb. Fel. Anil. & Suarez ſuperius citati*, & paſſim alij de hac re loquentes, & ideo non ſufficit, quòd factum ſit notorium, ſed neceſſe eſt, quòd crimen, quòd ex facto reſultat vna cum ipſius ratione ſit notorium, *Suar. poſt Vgoli. quem citat In tract. de cenſ. in d. diſp. 3. ſect. 10. nu. 8.* qui loquitur in fortioribus terminis, videlicet quãdo factum eſt de genere [illegible], & inquit, quod non ſolum factũ criminis debet eſſe notorium, ſed etiam & ratio criminis, & ob id non ſufficit, quod Petrus notoriè occidat Clericum, ſed neceſſe eſt, quòd notoriè abſq; aliqua excuſatione occidat, cum aliàs poſſet excuſari, hoc feciſse ad ſui inculpatam defenſionē, quia non repugnat, quod crimen ſit commiſſum, & tamen ſit excuſabile, *vt declarat Salic. in d. l. ea q[illegible]idē, verſ. Primũ, an citatio, C. de accuſ. & refert. Boſſ. in tit. quo proce. in cri. noto. ſub num. 4.* ſed in propoſito, eſto, quod acceſſus DD. Iuratorũ ad Caſale Lardariæ cum exercitio Iuriſdictionis fuit notorius, non tamen ex eo ſequitur, quod notoriè vſurpauerunt Iuriſdictionem ad Eccleſiam pertinentem, quinimò, quia factũ eſt de genere

genere permiſsorum, nec ſimplex vſurpationis crimen arguitur, quia non arguit hoc eſſe, quod ab hoc contigit abeſſe *ex vulgaribus*. Nec ad rem faciunt

115 teſtes recepti, † quorum depoſitio tunc inducit iuris notorium, quando legitimè ſunt recepti, *Maſca. in d. concl.* 1102. *in d. num.* 18. & ſic citata parte, quibus alias tantum abeſt, quod notorium iuris inducunt, quòd immò nihil probant, nec aliquam fidem faciunt, *l. ſi quando, C. de teſt. cap.* 2. *extra eodem tit. & Ibi. glo. & Can. Salicet. in l. fin. C. de quæſt. Pari. in conſil.* 45. *num.* 9. *vol.* 4. *Ruin. in conſil.* 46. *nume.* 2. *eod. vol. Rolan. in conſil.* 8 *nume.* 9. *in* 4. *libr. Viui. opin.* 966. *num.* 1. *& infr. Gabr. in tit. de citat. concluſ.* 1. *num.* 105. *Maſca. plures citans, in concl.* 1366 *num.* 1. *&* 2. *Gail. obſeru.* 102. *nu.* 1. *lib.* 1. *Rimi. Iun. in conſ* 213. *num.* 44. *vol.* 2. *Honde. conſ.* 101. *num.* 6. *vol.* 1. *cum alijs citatis à Farina. qui hoc latè proſequitur in pract.*

116 *de teſt quæſt.* 72. † quod enim impugnari poteſt, notorium non inducit, prout de actis traditur, quæ non faciunt notoriũ, vbi poſſunt etiam coloratè impugnari, *Abb. Iaſ. Cepha. & Dec. quos refert & ſequitur Menoch. in conſil.* 696. *nu.* 22. & ſic non video, qua ratione poſſit in hac facti ſpecie allegari notorium, vnde vere ſumus in terminis regulæ, nec conuenit exceptio propoſita de notorio, qua regula attenta, ſuper aſſerta declaratione procedendum erat, cauſa cognita, cum citatione partis, *vt poſt gloſ. in d. clem. fin. de cenſ. tradiderunt Abb. Petr. Anchar. Card. [illegible]. Dec. Imol. Gig. Couar. Nauar. Auil. Suarez. Mar[illegible] Leo. citati ſup. nu.* 106. aliàs ſententiam declaratoriam eſſe ipſo iure nullam *poſt Imol. Card. Feli Aret. Soci. Giga. Conar. Menoch. Auil. Nauar. & Suarez* enunciauimus *ſup num.* 107.

117 Secundò, quia, quòd dicitur de citatione, quæ in notorio non requiritur, licet non deſint, qui teneant oppoſitum, *quos citat Farina. in pract. quæſt.* 21. *num.* 67. ſaltem, quando proceditur contra abſentem; *vt poſt Iul. Clar. & alios refert idem Farina. vbi ſup. num.* 68. tamen illud locum ſibi vendicat in notorio penitus inexcuſabile, *Colleg. Florentinum in conſ.* 21. *nu.* 15. *Inter conſilia Curt. Seni. Hiero. de tort. in conſil. vlti. nu.* 30. *inter conſilia Brun. refert Iuli. Clar. in quæſt.* 9. *ſub num.* 3. *verſi. bene verum, qui poſt Careri.* inquit iſtud ab omnibus eſſe receptum, *Boſſ. in tit. quom. proced. in cri. noto. ſub num.* 6. *conueniunt alij, quos adducit Conrad. in pract. in tit. de not. crim. Capr. in trac. eod. in* 4. *memb. num.* 21. *&* 29. *Aret. in d. conſil.* 165. *col.* 6. *Menoch. de arbitr. caſ.* 235. *num.* 14. *&* 15. *Anto. Gom. in tit. de delic. capit.* 1. *num.* 43. *& Farin. in d. quæſt.* 21. *num.* 70. *& infr. quòd in his terminis atteſtatur Feli. in d. cap. Rodulphus, ſub num.* 41. *& tradit Suarez poſt Vgoli. quem citat in d. ſect.* 14. *num.* 8. qui verè aſſentit, quod quantumuis crimen ſit notorium, ſemper ad denunciandum reum, eſt neceſſaria citatio, quia denunciatio, debito ordine debet procedere, ſubdens, quòd vix eſt moraliter poſſibile, quod factũ ſit prorſus inexcuſabile, & ideo difficile eſſe inuenire caſum, in quo ſub prætextu notorij, citatio omitti poſſit, colligendo inquit *Peregr. de Iur. fiſc. lib.* 1. *tit. vltimo, num.* 61. *verſ. notandum*, quia nullum crimen poteſt eſſe tam notoriũ, quod non habeat, vel habere poſſit aliquam excuſationem, *Innoc. Ant. & Abb. in cap. veſtra de coha. cleri. & mul. Boſſ. in loc. præcit. num.* 5. vnde notorium inexcuſabile dicitur, quando factum in nullo caſu poteſt eſſe licitum, *Feli. in d. cap. Rodulphus*, quòd terminis noſtris adaptari ex deductis minimè poteſt, ex quibus conſtat Vrbem, & Senatum tot, tantaque aduerſus prætenſam vſurpationem allegare, quòd non ſolum notorium inexcuſabile euitatur, ſed etiam titulus criminis, cui cenſura eſt annexa, penitus excluditur.

118 Tertiò, & vltimo, quod de notorio dicitur in hac facti ſpecie non conuenit ex eo, quia non præceſſit Iudicis declaratoria ſuper notorio, quòd an ſit, vel ne tale, declaratoriam ſententiam requirit, ne alias notorij allegatio nos decipiat, *Dec. poſt alios, quos citat, in conſ.* 402. *num.* 11. *verſic. non obſtat & in conſil.* 483. *num.* 28. *Rolan. in conſi* 53. *num.* 35. *volum.* 2. *Menoch. in d. conſil.* 696. *numer.* 23. & hæc declaratio fit cauſa cognita, & parte citata, *Areti. in d. conſil.* 165. *Deci. in d. conſil.* 483. *& Rolan. in d. conſil.* 53. *nu.* 36. & ideo, eſto, quod poſſit ferri in notorijs declaratoria ſententia, per quam declaratur, quem incidiſſe in pœnam excommunicationis latę à Canone abſque citatione, tamen in formando proceſſu ſuper notorio, requiritur citatio, vt in terminis probat poſt alios, quos citat *Socin. in d. conſil.* 20. *inter. Conſil. Curt. Seni. Menoch.* in

Digitized by Google

*in d.conſil.965.num.2.cum ſeq.*qui concludit *nume.*12. Sententiam declaratoriam aliter latam eſſe ipſo iure nullam, prout talem ex prædictis in hac facti ſpecie arbitror de iure eſſe, non obſtante aſſerta notorij allegatione, & in fidem ſubſcripſi, & familiæ ſygillo ſignaui, Meſſanæ die 10. Menſis Iulij 1619.

Ita ſentio, prout in facto ſic fuit obtentum.

Octauius Gloritius Iuris Conſul. & Comes.

RESPON-

RESPONSVM DECIMVM TERTIVM

FACTI SPECIES.

ILluſtriſſimus, & Reuerendiſſimus Dominus Archiepiſcopus Vrbis Meſſanæ, prætendens habere titulum Baronis, cum iuriſdictione in temporalibus, Caſalis Lardariæ, territorij d. Vrbis, in quibuſdam actis ſe Baronem intitulauit, ac iniunctionem fecit officialibus regiæ Curiæ Straticotialis, ne exerceant eorum officium in Rure prædicto, ex eo quod eſt de membris, & iuriſdictione Menſæ ſuæ Archiepiſcopalis. Quod præſentiens Syndicus d. Vrbis, pro illius indennitate, & pro conſeruanda regia iuriſdictione, titulum prædictum Baronis, & in iunctionem præmiſſam, & quaſcumque alias ſimiles factas cuiuis officialium, tam d. regiæ Curiæ, quam Senatus, nec non exercitium, & vſum iuriſdictionis, & omnia, & ſingula acta iuriſdictionalia fortè facta per ipſum Illuſtriſſimum D. Archiepiſcopum, ſiue illius officiales in d. Rure, allegauit tendere contra regia Priuilegia d. Vrbis, & confecto Eulogio, vt moris eſt, illud tranſmiſit ad Iudices d. regiæ Curiæ Straticotialis, ad quos ſpectat, vti regios delegatos, pro declaratione facienda, an præmiſſa ſint, vel ne contra priuilegia, & facta tranſmiſſione, ante diſcuſſionem meritorum principalium, fuit in dubium reuocatum. An dicti Iudices Straticotiales regij delegati, in declaratione facienda de his, quę ſunt, vel ne contra Priuilegia, in hac facti ſpecie, ſint vel ne, vti laici, iudices competentes in cognoſcendo de his meritis, & in facienda petita declaratione, ſtante quod agitur de iuriſdictione Eccleſiaſtica, quam ipſe dominus Archiepiſcopus prætendit habere in d. Caſale, ratione ſuæ Metropolitanæ Eccleſiæ. Itaque quæritur quid i[illegible].

SVMMARIVM.

1 *Actor ſequitur forum rei, & ille dicitur, qui prius prouocat ad iudicium, vide numero 10.*

2 *Laicus iudex nullam habet iuriſdictionem in cauſis clericorum.*

3 *Clericus non poteſt coram Iudice ſęculari pro ſuis cauſis conueniri.*

4 *Clericorum exemptio à iuriſdictione laicorũ vbique eſt recepta, illaque eſt de iure diuino.*

5 *Clerici etiam pro patrimonialibus à iuriſdictione, & foro laicorum ſunt exempti.*

6 *Clericus non poteſt laicorum iuriſdictionem prorogare, ſeu in iudicem ſecularem conſentire, ſed debet illius forum declinare.*

7 *Sententia lata à Iudice laico cõtra clericum, eſt ipſo iure nulla, etiam non oppoſita exceptione in competentia.*

8 *Syndicus Meſſanæ, qui allegat vſum iuriſdictionis alterius, eſſe contra priuilegia d. Vrbis, eſt reus, non actor.*

Reus eſt, qui prouocat in terminis l. diffamari, C. de inge. & manu. & ideo trahit aduerſarium ad ſuum forum, etiam ſi eſſet epiſcopus. ibid.

9 *Precepta tendentia ad poſſeſſionis defenſionem, & ad remouendas inquietationes de facto, ſi quis petierit, Reus eſt, & non actor.*

10 *Actor an ſit quis, vel Reus, originalis cauſæ natura inſpicitur.*

Pręueniens tanquam tutus ſuis exceptionibus, dicitur reus, & non actor & ideo adit iudicem ſuum, & pręuentus tenetur ſtare coram iudice Pręuenientis, ibid.

11 *Laicus pro re eccleſiæ conuentus, an, & quando pe-*

do poteſt conueniri coram Iudice eccleſiaſtico.
Spoliator rei Eccleſiæ, an, & quando poteſt conueniri in Iudicio Eccleſiaſtico, ibid.
12 Nouum non eſt, quod per conſuetudinem, eſt diffinitum.
Sylus, ſeu conſuetudo, vbi ita ſe habet, debet attendi.ibid.
13 Conſuetudo iuris interpretatiua, attenditur
Diſpoſitio qualibet dubia, interpretatur à conſuetudine, etiam ſi illa ſit circa fori Eccleſiaſtici priuilegium, ibid. & num. ſeq.
14 Clericus an in cauſa reconuentionali gaudeat priuilegio fori, iuris dubij eſt, & ſtatur conſuetudini interpretatiuæ.
Quid in Clerico hærede laici, quando iudicium fuit inchoatum cum defuncto, num. 15.
Quid in clerico authore laudato, num. 16.
15 Conſuetudo iuris interpretatiua valet, per quā Clericus hæres laici tenetur ſtare coram Iudice ſeculari, coram quo lis fuit incepta cum defuncto.
16 Conſuetudo iuris interpretatiua, per quam Clericus author laudatus, non declinat forum, eſt valida.
17 Conſuetudo iuris interpretatiua valet, etiam non præſcripta.
18 Conſuetudo valet, per quam Clericus in certo caſu conuenitur in foro iudicis laici.
Iudex ſecularis cognoſcit inter Clericos cauſas Eccleſiaſticas beneficiorum, quæ ſunt de iure patronatus regio, ſi ita habet conſuetudo, ibid.
19 Interpretatio priuilegij ſpectat ad principem, à quo emanat priuilegium.
Interpretari eius eſt, cuius eſt condere, ibid.
20 Scientia principis eſt neceſſaria ad inducēdam conſuetudinem contra ius.
Sed, an ſufficiat ſcientia officialium, num. ſeq.
21 Ignorantia in notorijs non præſumitur.
22 Baro, quomodocumque iſte terminus ſumatur, ſemper ſupponit Baronem eſſe feudatarium.
Baro dicitur omnis feudatarius qui habet iuriſdictionem in ſuo Caſtro, ibid.
23 Feudatarius ſimplex in Regno Siciliæ, vulgari ſermone, dicitur Baro.
24 Feudalis cauſa, quæ dicitur, vide num. 34.
25 Feudi ligij, ſi eſt contentio inter dominum, & vaſallum, quis eſt Iudex de iure communi, remiſſiuè.
Quid in Regno, num. 28.
26 Dominus feudi, de iure communi eſt index quando cauſa feudalis vertitur inter duos vaſallos.
Quid in Regno, num. 28.
27 Iuriſdictio non poteſt prorogari in cauſa feudali, in præiudicium domini.
28 Feudalis cauſæ cognitio in Regno ſpectat ad magnam curiam, & ex cap. Philippi Regis 2. Curia Straticotialis Meſſanæ, & Prætoriana Panormi de ea cognoſcere poteſt in prima inſtantia.
29 Clericus Vaſſallus in cauſa feudi conuenitur coram Domino feudi, vide num. 34.
Idem in eccleſia, ibid.
30 Prælatus eccleſiaſticus habens iuriſdictionem temporalem, à Principe in feudum, ſi iudicat, ab illius ſententia non appellatur ad iudicem eccleſiaſticum, ſed ad ſecularem.
Quid ſi habeat iuriſdictionem in allodium, ibi. remiſſiuè.
31 Magna Curia eſt iudex ordinarius cauſarum feudalium, ſicut de iure communi, eſt iudex ordinarius dominus feudi.
32 Iudex ordinarius efficitur delegatus, quando in cauſa conſtituitur nominatim delegatus.
33 Iudex ordinarius, ſi iudicat vt delegatus, ab illius ſententia appellatur ad delegantem, omiſſo medio.
34 Cognitio cauſæ feudalis in Iudicio poſſeſſorio, ad quem pertinet.
Actus allegationis contra Priuilegia Meſſanæ, an ſit remedium merè poſſeſſorium, ibi.
35 Clericus qui conuenitur actione reali in petitorio, eſt conueniendus coram iudice eccleſiaſtico.
36 Iudex laicus, an ſit iudex competens in iudicio poſſeſſorio rei eccleſiaſticæ ſiue ſpiritualis, ſiue temporalis, etiam inter Clericos, vide num. 40.
37 Conſuetudo tribuit iuriſdictionem non habenti, & fortius habenti illam ampliat, & extendit.
38 Citare poteſt officialis extra ſuum territorium, ex conſuetudine.
39 Delegatus inferioris, ex conſuetudinis authoritate, poteſt ſubdelegare.
40 Conſuetudo, per quam iudex laicus poteſt eſſe Iudex contra clericum in iudicio poſſeſſorio, an ſit valida.

ARGVMENTVM.

An clericale priuilegium fori locûm habeat, quando laicus contra clericum à iudice laico obtinet præcepta tendentia ad exceptiones tuendas, ſeu remouendas inquietationes. Et an, & quando conſuetudo derogans priuilegio fori Eccleſiaſtici, valeat; Et

Digitized by Google

Et quis eſt iudex competens in cauſa feudi, ſiue de proprietate, ſiue de poſſeſſione agitur, præſertim quando clericus vaſſallus conuenitur; Et quę dicitur cauſa feudalis. Et an laicus in iudicio poſſeſſorio rei Eccleſiæ, ſit iudex competens.

Diuino implorato pręſidio, in pręmiſſio iuris articulo, videtur prima fronte ſecundum iuris regulas, iudices pręd ictos, licet aliàs regios delegatos pro declaratione eorum facienda, quæ ſunt contra regia priuilegia Meſſanæ, in terminis tamen, de quibus quæritur, fuiſſe, & eſſe penitus incompetentes, Mouet quia Syndicus, qui allegando præmiſſa eſſe contra priuilegia, prætēdens Dominum Archiepiſcopum vſurpaſſe titulum Baronis d. Caſalis, aliaq; acta iuriſdictionalia in eo exercuiſſe cōtra formam priuilegiorū Meſſanæ, dicitur actor, eo ipſo quod prius, per actum allegationis contra priuilegia, prouocat ad iudicium, *l. in tribus de iudi cap. forus §. accuſator, de verb ſignific. Bar. in l. libertus ff. de in ius vocand. Dec. conſil....num. 1. Oſaſ. decíſ. 151. num. 2. & Grati. diſcep foren. cap. 85. num. 2. lib. 1.* & per conſequens tanquā actor debet agere contra ipſum dominum Archiepiſcopum in Iudicio eccleſiaſtico coram ſuo iudice competenti, ex illa iuris regula, qua atrita, actor [illegible] rei, *ad tex. in l. 2. C. de iuris omn. iudi. leg. fin. C. vbi in rem act. l. 2. C. vbi, & apud quem, capit experientiæ, & cap. ſi quiſque, 11. quæſt. 1. & capit. cum ſit generale, cum con ord. extra. de for. compet. Oldr. conſil. 83. num. 3 Roland. conſil. 23 num 8 & 12. vol. 2. Surd. conſil. 266. nu. 8. Carol. Bardel. conſil. 19. numer. 14. Guttier. cano. qq. lib. 1. caput. 34. num. 8 & Gaſp. Theſ. quæſt. fore. lib. 2. capit. 15. num. 6.* Vnde non poteſt trahere Dominum Archiepiſcopum ad iudicium ſeculare coram iudi-
2 cibus d. Regiæ Curiæ Straticotialis† qui tāquam laici nullam habent iuriſdictionem in cauſis clericorum, ſeu eccleſiaſticis, *ad tex. in auth. ſtatuimus, C. de epiſc. & cleri. & in auth. cleri. apud prop. epiſc. per totum, capi. placuit, & capi. clericum nullus, 11. q. 1. cap. cum non ab homine, cap. at ſi clerici, & capi. qualiter, de iudi. capi. nullus iudicium, cap. ſi diligenti, & capit. ſignificaſti, de*
3 *for. compet.* Qua propter † non poſſe clericos coram ſecularibus Iudicibus conueniri niſi in caſib. a iure permiſſis, aut conſuetudine introductis, *tradunt Doct. vt per Alex. conſil. 8. vol. 1. Socci conſil. 13. num. 12. & 30. vol. 4. Afflic. in Conſti. De perſonis, in 1. not. Grama. vot. 58. num. 7. Mara. in prac in 4. par. diſtin. 11. num. 2. Boſſ. de for. compet. num. 126. Folle. in pract. in verbo audiantur excuſatores, num. 38. cum ſeq. Galleſ. de oblig. camer. in 2. par. quæſt. 2. Rolan. conſ. 4. num. 50. vol. 1. & conſil. 12. numer. 34. cum ſeq. & in d. conſi. 23. num. 6. cum ſeq. colum. 2. Conar. prac. qq. cap. 31. num. 3. ſub verſic. tertia concluſio, Iul. Clar. quæſt 36. in prin. Alex. de Neuo conſil. 56. nume. 14 conſil. 59. nu. 12. Burſat. conſil. 42. num. 2 vol. 1. Menoch. de retine. poſſeſ. remed. 3. num. 360. Peregr. conſil. 91. num. 49. vol. 1. Surd. conſi. 193. num. 4. & conſil. 222. in prin. Honde. conſil. 5. num 12. vol. 1. Borre. conſil. 68. num. 9 latè Farinat. in pract. quæſt. 8. in prin & Carol de Graſ. de ef-*
4 *fec. clerica eff. 1. nume. 2.* † Nempe clericorum exēptio, à laicorum iuriſdictione, in toto Chriſtianorū orbe eſt recepta, licèt non vbique æqualiter, *vt atteſtatur Conar. vbi ſup. Cartar. in tract. de Interro. reo. lib. 1. capi. 1 num. 12. & Sigiſm Scacc. in tracta. de iudic. cauſ. ciui. crimi. lib. 1. capi. 11. nu. 14.* illamque eſſe de iure diuino, eſt magis communis opinio, *quam tenet gloſ. in cap. ſi Imperator, in verb. diſcuti, 96. diſtin. glo. in c. quamquam, de cenſib. in 6. Bal. in d. c. at ſi clerici, de Iudi. Roma. in ſingul. 410 Rolan. in d. conſil. 4. numer. 30. & in d. conſil. 12. num. 44. Decia lib. 4. capit. 9. num. 1. Vant. de nullit. in tit. de nulli ex defec. euat. num. 101. Natt. conſil. 95. num. 18. & ſeq. Surd. conſil. 301 num. 16 Ambroſ. de immun. eccleſ. cap. 16. nu. 4. Iul. Cla.* qui teſtatur de communi *in d. quæſt 36. ſub nu. 1.* & de magis communi, *Burſat. in d. conſil. 42. vol. 1. & in conſil. 93. num. 20.* quam ſententiam à Theologis, & Iuriſperitis communiter receptam, *inquit Nauar in relec. cap. nouit, in 6. notab. ſub num. 30. extra de Iudic. Maſtril. in deciſ. 159. Burg. in tract. de laud. in 3. par. in ſpec. 1 numer. 4. & in trac. de mod. proce. ex abru. cent. 1 quæſt. 65. nume. 55. Pari. de Gabel. in 1. par. nu. 291. de qua re poſt alios Farinac in d. quæſt. 8. nu. 2. Ceuall. commu. cont. commun. quæſt. 550. Carol. de Graſ. qui infinitos citat pro hac opinione in d. effec. 1. num. 2. cum ſeq. & Cened. in practi. quæſt. cano quæſt.*
5 *4 in princ.* † Ita quod non ſolum pro rebus eccleſiæ, ſed etiam alicubi pro patrimonia-

monialibus, ſeu proprijs, ſunt clerici exempti à foro, & iudicio laicorum, *vt poſt Socc. tradit Rolan. in d. conſi. 52. num. 37. & in d. conſil 23. num. 13. volum. 2. Vant. de nullit. in tit. de nulli. ex defec. iuriſd. num. 54. verſic. quæ procedunt, Tiraq. alios citans in tract. de retract. ligna. §. 32 glo. 1. ſub num. 8. Myſin qui teſtatur de magis communi, cent. 1. obſer. 22. prout etiam inquit Sigiſ. Scacc. in d. lib. 1. cap. 11 num. 28 & 30 quibus accedit*
6 *Farin. in d. quæſt. 8. numer 21.* † In tantum, quod nec ſponte poteſt clericus in iudicem laicum conſentire, illiuſque iuriſdictionem prorogare, etiam cum iuramento, *ad tex. in d. cap. ſi diligenti & ibid. Cano. de for. compe. glo. in d c. ſignificaſti eod. tit. & in cap. perpendimus de ſenten excom. Lauren. Calca. in conſil. 108. col 1. Couar prac. cap 33. ſub num. 2. Alex. de Neuo in d. conſi. 56. Rolan. in d conſil. 4 numer 9. vol. 1 Gram. deciſ. 61. num. 8. Cap. deciſ. 126. Ambr. de immun eccleſ. in d. cap. 16. nu 9. Baiar. ad Clar. in d. quæſt 36. nu. 10. Ign. Lopes in pract. crimin. cano. cap. 62 num. 2. & 3. Honde in d. con ſil. 3. num. 21. vol. 1. Decia. in d. capit. 9 lib. 4. tract. crimi. num 61. Surd. in conſil 2. nu. 17. & 31. volum. 1. & in deciſ. 26 num. 10. & in conſil 280 numer. 9. Carol. de Graſ in d eff. 1. num. 12. cum pluribus ſeq.* Qua ratione tenentur clerici forum laicorum iudicũ penitus incõpetentium excipiendo declinare, *Gramat. deciſ 29 num. 7. poſt Bal. in l. 1. C. de ind. vidu. tollen. idem Gram. in d. deciſ. 61. num. 18. Graff. lib. 4. deciſ. conſcien. capit. 18. num 27 Menoch. de arbi. caſ. 430 num. 3. Caro. de Graſ. de except. in præludi. numer. 96. Iul. Clar. in d. quæſt. 36. in verſ. ſecundo infertur, & ibid. Baiar. nu. 11. Scacc. in d. cap. 11. num 35. & ſeq. Ambroſ. in d cap. 16. nu 14. Farin. in deciſ. 612. num. 1 & in d. quæſt. 8. nu. 10. & 11 Pari. de Gabel in d. 1. par ſub d. nu. 29. latè Caro. de Graſ. in d. 1. effec. clerica nu.*
7 *51. cum alijs ſeq.* † Nam alias, ſententia lata à iudicibus laicis contra clericum, eſt ipſo iure nulla *d. cap. nullus iudicum 11. q. 1. Alexan in conſil. 149. in fin. lib. 8 Guid. Pap. in deciſ. 450 Peregr. in d. conſil. 91 num. 50. vol. 1. qui poſt Alex. in d conſil. 149.* hoc ampliat procedere, etiam ſi incompetentiæ exceptio non fuerit oppoſita, *Couar. pract. in d. cap 33. ſub num. 2. verſ. ſecunda eſt, Gramat. in d. vot 18. num. 11. Velaſc. in deciſ. 65. num. 3. Alex. de Neu. in d. conſil. 56. numer. 6. Gramat. in d. deciſ. 61. numer. 19. Auend. de exeq. mand. reg cap 22. nu. 2. Vrſil. ad Afflic. in deciſ. 2. num. 3. Surd. in conſil. 396. num. 30. lib. 3. Caſar Barz. in deciſ. 106. num. 13. Caſſado. conſil. 38 num. 8. in fine, Farin. alios citans in d quæſt. 8. num 15.* quibus accedunt alij, quos ex more congerit *Caro. de Graſ. in d. 1. eff. clerica. num. 350. & infra.*

Sed his, quæ regularia ſunt, non obſtantibus, re ipſa diligentiori ſtudio perpenſa, verius eſſe exiſtimo, iudices dictæ Curiæ Straticorialis à Catholici Regis Maieſtate delegatos conſtitutos in declarandis his, quæ ſunt contra priuilegia Meſſanæ, fore & eſſe competentes in hac facti ſpecie, ad declarandum, an contenta in actu allegationis, de quo quæritur, ſint, vel ne contra priuilegia dictæ Vrbis, ex tribus principaliter, quæ mouent.

Primo conſidero quod dato, quod in his terminis allegationis contra priuilegia, procederetur iudicialiter iuris ordine ſeruato, & preuia partis citatione, quod a iure, & praxi alienum eſſe probaui ĩ Sumemo Italię Senatu, vt in meo Iuris reſponſo patet tunc edito ſub pręlo Hyſpanico, & nunc iterum typis tra-
8 dito, vt legitur Reſp. 2. † tamen in hoc Iudicio Dominus Archiepiſcopus non venit, vt reus, ſed dicitur actor, & ipſe ſyndicus, qui allegat contra priuilegia verè dicitur reus, & ideo retorquetur Regula. Vnde Iudices regij delegati ſunt competentes tãquam iudices ipſius rei, cuius forum actor ſequi tenetur. Veritas huius propoſitionis ex eo patet, Nempe hæc præ[illegible]tur Vrbs Meſſanæ; dum pro ſuorum priuilegiorũ conſeruatione, allegat aliquid eſſe, & tendere contra ſua priuilegia ad illud tendit, vt experiẽtia docet, quatenus niſi, & cognitis priuilegijs per ipſos iudices, inde obtineat ab eis præcepta tendentia ad defenſionem poſſeſſionis ſuæ, ad exceptiones tuendas, & ad remouendas inquietationes, quæ de facto fiunt contra ſua priuilegia, & propterea actus allegationis Syndicum allegantem facit reum, non actorem, *iuxta terminos illius tex. in l. diffamari, C. de ingen. & manum. Anto. de But in cap. quintauallis, col. antepen. verſ. venio ad quartum, de iureiur. & in cap ſi clericus laicum, in vlti. quæſt. de for. compe. Alex. in conſil. 103. ſub nu. 5. vol. 5.* qui conſuluit hoc locum ſibi vendicare, etiam in Epiſcopo, qui hoc prætextu ad iudicem laicum trahitur tanquam actor, prout ſic deci-

Digitized by Google

deciſum in prælato *refert Capi.in deciſ.18.*
per totam, & præſertim in verſ.ſed maius du-
bium, ſub nume.7.Soci.in conſil.94.numer.4.
verſic.tertio mouetur, vol.2. Et licet in con
trarium vigere videatur *Afflic. in deciſ.*
268.quem ſequuntur Dec.Rip. & Pariſ.quos
citat Anto.Gabr.lib.Com.opin.in tit.de actio.
concluſ.6.ſub num.43. tamen priorem ſen-
tentiam tenēt alij, quos citat *idem Gabr,*
ibid.numer.42. illamque magis commu-
nem poſt alios, quos citat, *atteſtatur Co-*
uar.vari.reſolut.cap.18.num.3.in verſic.Erit
autem opere pretium, qui ſubdit adeo illam
veram eſſe, quod etiam Epiſcopus ad iu
dicem laicum trahitur *Oſaſ. alios citans in*
deciſ.151.nume.4. Vrſil.ad Afflic.in d.deciſ.
268.num.2.verſic.ſed contrariam, & ita ſer-
uari in Rot. Romanæ Curiæ, *atteſtatur*
Gratia.diſcep.forenſ.cap.85.ſub num.9.in pri-
9 *ma part.* † qui in ſpecie ibidem loquitur
de his perceptis tendentibus ad defen-
ſionē poſſeſſionis, & exceptiones tuen-
das, & inquietationes remouēdas, in qui
bus terminis, qui illa petit ſtat tanquam
reus, non vt actor, etiam ſi petitur nul-
lum ius aduerſario competere, referens
ita deciſum in Rot.coram domino Lan
10 cillotto. † Nec ex eo, qđ Syndicus prius
prouocat ad iudiciū, ſtto, quod hoc dici
poſſit iudiciū, allegando contra priuile-
gia, dicitur actor, quia illud locum ſibi
vendicat, dummodo originalis cauſæ
natura non refragetur, quæ attendi de-
bet, vt dignoſcatur, an quis ſit actor, vel
reus, *vt poſt* [illegible] *103.numer.6.*
atteſtatur Crauet.in conſil.182. nume.2.vol.1.
Oſaſ.in d.deciſ.151.num.5. Gratia.in d.capit.
85.num.3. Vnde quia in terminis, iſtis, in
ſpecta originali natura cauſæ, Syndicus
allegando contra priuilegia titulum Ba-
tonis, aliaque acta iuriſdictionalia atten
tata per ipſum dominum Archiepiſco-
pum in Caſale Lardariæ territorij Meſſa
næ, non agit principaliter ad prædicta,
ita vt velit dominum Archiepiſcopum
ſuper his cōuenire, ſed intendit in ſuis
iuribus conſeruari, & tanquam tutus
Priuilegiorum exceptione, inſtar ante-
quam conueniatur, præueniendo ſilen-
tium imponi ipſi domino Archiepiſco-
pō de facto moleſtanti, vel inquietanti,
& ideo ſic implorando iudicum delega-
torum officium per allegationis actum,
ſtat vt reus, non vt actor, vt indiuidua-
liter voluit *Imol. in capit. cum ſit generale,*
in princ.de for.compet. Abb.in capitul. ſi quis
contra clericum, in 1.not.tum in lect.tum etiā
in repet.eod.tit.ex not. in l.ſi contendat ff. de
fideiuſ. & in leg. Aurelius §.certum ff.de lib.
legat. faciunt tradita à Fede. de Sen.in conſil.
275.& quæ not.Anto.de But.in cap.cum in-
ter de excep.quos refert, & ſequitur Alex.in
d.conſil.103.num.7.& 8. Quia dere ſic præ-
ueniendo, præueniens iudicem ſuum
adire poteſt, apud quē ipſe eſſet trahen-
dus, & præuentus coram iudice præue-
nientis reſpondere, *Roma. in conſil. 412.*
Craſſ.in tract.de except.in Prælud.num.156.
Intrigli.ſuper Bull. quæſt.65.num.3.& Ma-
ſtril.in Deciſ.157.num.8.

Nec obſtat motiuum ſi diceretur, qđ
ex eo, quod titulus Baronis, & iuriſdi-
ctio in d.Caſali Lardariæ, de quib. quæ-
ritur ſpectāt (vt ex aduerſo prætēditur)
ad ipſum dominum Archiepiſcopum
ratione menſæ Eccleſiæ ſuæ Archiepi-
ſcopalis, hæc merita debent tractari in
foro eccleſiaſtico, eſto quod dominus
11 Archiepiſcopus eſſet actor, † quia in rea-
li actione laicus pro re eccleſiæ cogitur
reſpondere coram iudice Eccleſiaſtico,
& in eo foro conuenitur, *Ancb.in capit.*
ea quæ num.17.verſ.ſed in quæſtione propoſi-
ta, de reg.iur in 6.Pet. Iacob. in ſua pract.in
tit.de rei vendi.circa fin. Myſing. obſer.22.
num 2.cent.1 quod ſentit Honded. conſil.26.
num.25.vol.2.Maran.in 4 par.ſua prac.diſt.
11.numer 6.Zerol.in pract.epiſ.in verb.laici,
verſ.9.in 2 par. Menoch.conſ.1161.num.11.
qui teſtatur eſſe receptiſſimam ſenten-
tiam, *per illum tex. in d.cap. Si clericus lai-*
cum, de for compet. illam veriorem, & ma
gis receptam appellat *Gaſp Theſ.quæſtion.*
Forenſ.lib.2.in d.quæſt.15.ſub nu 6.verſic.2.

Nam reſpondetur prædicta locum ſi-
bi vendicare, quando manifeſtè conſta-
ret rem, de qua agitur, ad eccleſiam per-
tinere, & laicus illam non aſſeueret eſſe
propriam *Aufre.in trac.de eccleſ. ſuper lai.*
ſub num.31.Soci in l.rem quæ nobis, num.11.
in fin ff.de acqui.poſſeſ.quod declarat Menoc.
vbi ſup.idem Menoch. de recup. poſſeſ.remed.
15.ſub nu 207. qui loquens de ſpoliatore
rei eccleſiæ, qui coram eccleſiaſtico iu-
dice conuenitur, tanqam ſacrilegus, *ex*
glo.in capi.1.dilectus, quod met.cauſ.ex Cald.
Abb.Fel.Soci. Didan.& alijs, quos citat ibi.
ſub nu.205. hoc intelligit, quādo certum
eſt commiſſum eſſe ſpolium, quia de il-
la qualitate tribuēre iuriſdictionem de-
bet conſtare, *ad tradita per Abb. in d.cap.*
ſi clericus, Dec.in cap ceterum, nu.18.de iu-
dic. & in cap.ad audientiam nu.4.in lib.meo,
de appel. Ceterum quādo laicus conten-

dit rem eſſe ſuam, illamq; negat ad eccleſiam pertinere, prout in hac facti ſpecie, in qua Syndicus ius, & iuſtitiam fouet in meritis principalibus, & iure optimo negat titulũ Baronis, & iuriſdictionem d. Caſalis ſpectare ad Eccleſiã, vtiq; ex iuris rigore iudex laicus ipſius rei eſt competens *per illum tex. in d. cap. ſi clericus laicum, vbi commu. Cano de for. compet. conueniunt tradita per Albam in conſ. 391.* quod in terminis iſtis per illum tex. eſſe poſitũ extra omnem difficultatem, *inquit Theſau. in d quaſt. 15. nu. 1. & eſt de mente Alex. in d conſ. 103. in fin. vol. 5. Fel. in cap. cum ſit generale col. 2. verſic. vltimo hæc omnia, de for. compet. & Steſa. Auſre. in trac. de poteſ. ſecul. ſuper eccleſ. in 4. reg. num. 9.*

Secundo principaliter cõſidero, quod pro hac ſentẽtia mouet conſuetudo, & antiqua obſeruantia, in qua fuerunt, & ſunt iudices Straticotiales, qui ſolent nõ ſolum cognoſcere, & declarare fuiſſe, & eſſe contra priuilegia vſum iuriſdictionis attentatũ per alios Prælatos, & perſonas eccleſiaſticas in his, quæ ſpectant ad iuriſdictionẽ d. Vrbis, & illius magiſtratus, & omnia attentata ad priſtinum reducere, quod oſtenditur ex multis actis in eulogio præſentatis, ſed etiam in fortioribus terminis cognoſcere ſolent, & declarant, an ſint, vel ne contra priuilegia, actus, & prouiſiones emanatę à tribunalibus eccleſiaſticis, quatenus allegantur eſſe, & tendere contra regia priuilegia d. Vrbis, prout pariter infinitæ extãt in eulogio præſentatæ declarationes præfatorum Iudicum regiorum delegatorum, vnde quod hodie in hac facti ſpecie in dubium reuocatur de com-
12 petentia Iudicis, non eſt nouum, quia per vſum, & conſuetudinẽ iam eſt diffinitum, *ad tex. in c certificari, de ſepult. Bal. in conſ. 132. ſuppoſito quod mater, vol. 1. Cran. conſ 238.* & ideo quia ita ſe habet ſtylus, ſeu conſuetudo, illa debet attendi, nec ab ea eſt recedendum. *ad tex. in l. minimè, ff. de legib. Bal. in l illud ff. de excuſ. tuto. Pet. de Anch. in conſ. 178 col. 2. ante nu. 3. Cano. in cap. 1. de conſti. Abb. in conſ. 25. col. fin. vol. 2, Soci. iun. in conſ. 31 nu. 4. vol. 1. conferunt dicta Bart. in l. nemo eſt, qui neſciat, ff. de reb. dub. in l. fin. in prin. ff. de his, quæ in fraud. credi. & in l. ſi procurator in princip. ff. de iur. fiſ. & Bal. in l. 1. q. 3. (pro ſoc. Soci. in l. huiuſmodi, & ibid. Alex. ff. de leg. 1. Abb. in c. quãto, de iureiur. Alex. in conſ. 37. nu. 9. vol. 2. & in conſilio 9. volum. 5. & in conſilio 8. numer. 4. volum. 6. & Afflic. in deciſ. 226.*

Nec de validitate talis conſuetudinis põt dubitari, ſiue illa ſit iuris dubij interpretatiua, ſiue iuris inductiua, nam, eſto abſq; tñ veri præiudicio, quod dubij iuris ſit, an in his terminis Syndicus, qui allegat ſit vel ne reus, & per conſequens an trahere poſſit perſonã eccleſiaſticam ad forũ ſeculare, tñ quia ex actis in eulogio deductis conſtat de tali conſuetudi-
13 ne † vtique illa vti iuris interpretatiua attẽditur, *ad tex. in d. l. minimè, & in l. ſi de interpretatione, ff. de legib.* Eſt enim generale in qualibet diſpoſitione, quæ recipit interpretationẽ à conſuetudine, *Inn in c. Olim, de verb. ſign. Abb. in d. c. certificari, de ſepult. Feli. in c. Cũ M. ſub n. 6. de conſti. Dec. in l. ſemper ff. de reg iur. & in conſil. 441. nu. 13. Rui. in conſ. 104. nu. 3. vol. 5. Menoch. de arbi. q. 71. nu 7.* & in ſpecie iuris diſpoſitio dubia circa forũ eccleſiaſticũ, ſumit interpretationẽ à conſuetudine, *Farin. in prac.*
14 *q. 8. n. 99. in fin.* † loquens de eo iuris articulo, an clericus in cauſa reconuentionali, trahi poſſit coram Iudice laico, & licet ſit iuris dubij, *ad tradita per Abb. & Cano in c. At ſi clerici, nu. 21. de iudi. Affli. in Deci. 173. Duc. in Reg. 102. Viui in deciſ. 49. Cara. in Rit 67. n. 3. Pet. Anguſ. Morla. in Empor. vtriuſq; iur. tit. de iuris. omn. iud. q. 13. n. 2 & Caro. de Graſ. de eſſe. cler. effec. 1. n. 745. cũ ſeq.* valet tñ conſuetudo iuris interpretatiua, per quã clericus recõuenitur corã Iudice laico ipſius conuenti, ſm quã Ita refert Iu[illegible] per ſacrũ Conſiliũ *Affli. in d. Deciſ. 173. Sigiſ. Scac. de iud. cau. c. 11. n. 92. Cara. in d. Rit. 67. nu. 3. Abb. poſt Ioan. And. in d. c. At ſi cler ci, nu 24. & ibid. Dec. ſub nu. mihi 25. verſ. Et iſta cõis opinio, Soci. in conſ. 253. nu. 11. vol. 2. Adden. ad Cappel. Tholoſ in deci. 95. Biag. de Conſue. q. 11. n. 321. & Ambr. de immun. eccleſ. c. 20. nu. 37.*

Sic et ã valet cõſuetudo iuris interpre-
15 tatiua, † per quã clericus heres laici, ſtare tenetur corã iudice ſeculari, corã quo lis fuit incohata cum defuncto, *vt ſentit Rot. in deciſ. 69. nu. 32. Cagnol. in l. 2. nu. 150. C. de pac. int. empt & vend. Mart. de iuriſdic. in 4. par. cent. 1. caſ. 33. nu. 4.* licet dubij iuris ſit, an priuilegio fori in his terminis gaudeat clericus, *vt per Cano. in cap. quia Gu. de iudi. Ciul. in l. heres abſens, ff eod. tit Mara. in prac. in 5. par n. 13. Pereg. de fideicom. art. 35. nu. 20. Spin. de teſt. gl. 33. nu. 72. Ambr. in d. c. 20 nu 45. Mart. in d. caſ. 34. Gail obſer. 37. lib. 1. Pet. Cened. in Colle. iuris Cano. p 2. Colle. 37. Surd. in deciſ. 110. & in conſil. 222. vol. 2.*

Cenal.

Ceual.cōmu.contra cōmn.q.36.Carol.de Graſ. in d.effe.1.nn.281.verſ.ſed ampliatur tertio.
Pariter ſuſtinetur cōſuetudo iuris in-
16 terpretatiua,† per quam clericus author
laudatus,non declinat forū iudicis laici,
*Anfrer.in clem.Paſtoralis, in 2.reg.Falle.5.
nn.6.de offi.ordi.Boe in d.deci.69.n.27.Surd.
in conſ.396.n.8.* eſto quod iuris dubij ſit,
an clericus eo caſu gaudeat vel ne priui-
legio fori,ad tradita *per Doc.in l.venditor,
ff.de indi.Cano.in c.fin.de empt.& vendi.Co-
uar.prac.q.capi.8.Ludou.Moli.de contra.diſp.
380. Caual.deciſ.5.in 4.par. Honde.conſ.25.
vol.1.Gail.obſer.31 lib.1.Scac.in trac.de ind.
par.1.c.11 & Carol.de Graſ.alios citans in d.
1.effec.cleri.num.261 & inf.*
17 † Valet itaq; conſuetudo iuris inter-
pretatiua , etiā quod non ſit præſcripta,
*Nicol.de Mata. in l.de quib.ff.de legib.quem
ſequitur But.in c.fin.circa mediū,de cōſuetud.
Alex.in conſ.8.n.7.vol.6.Soci.in conſ.111.n.
5.vol.1. Deci.in cap.1.in 1.lect.n.mihi 22.de
conſti.& in c.at ſi clerici, ſub nn.25.in fin.de
indi.& in d.conſ.441.n.13.Cran.conſ.201.n.
12.Nat.conſ.406.n.26.Decia conſ.44 ſub n.
16.vol.2. Menoch.de arbi.caſ.83.n.10 & in
conſ.163.n.8.& in cōſ.199.n.11. Rot.diuerſ.
deciſ.35.n 20.in 1. par.Rand.de Analog.lib.
1.c.34.n.290.Ceſ. Barz.deciſ.58.n.6.Apoſt.
conſ.1.n.5.& conſ.54.n.15.Moro conſ.90.n.
16. Maſc de gener. ſtatu interpr.concl.2.nn.
159.Fran Bec.conſ.101.n.57.& conſ.140.n.
22.Pereg.de iure fiſ.lib.1.tit.2.ſub n.29.Ca-
mil. Borrel.conſ 3.n.16. Cancer lib.3.reſol.c.
19.n.74. & Fonta.de pac.nupt. clau. 1.n.33.*
Et dato, ſed nō [illegible] quod de iu-
re in his terminis Syndicus ſuſtineret
partes actoris & per conſequens de iure
Iudices Curiæ Straticotialis, in hac facti
ſpecie, eſſent in cōpetentes, iū conſuetu-
do, quæ extat in oppoſito antiquiſſimo
tēpore præſcripta, per quam dñi Iudices
cōſueuerunt declarare, an hęc, & ſimilia
attentata à Prælatis eccleſiaſticis contra
Meſſanæ priuilegia, ſint vel ne talia, vtiq;
talis conſuetudo tanquā noui iuris in-
ductiua, valet, & ſuſtinetur, nēpe quic-
quid ſit de cōſuetudine generaliter au-
ferente ab eccleſiaſticis fori exemptio-
18 nē, ſeu priuilegiū,† valet tñ conſuetudo,
per quā in certo caſu, clericus ſubijcitur
foro iudicis laici. *Ioa.de Ana.in c.1.col.fin.
de apoſt. relatus à Cap.in Deciſ.161.ſub n.2.
in fin.gl.in c.vir antē de ſecun.nupt.Abb.in c.
cū cauſam,de re indi.Aufre.de poteſ.indi.lai.
reg.1.Falle.12. Couar.pract.c.31.ſub n.5.Iul.
Clar.q.36.n 2.Decia.trac.crim.par.1.lib.4.c.
9.n.139.cū ſeq.Villalob.com.opin.in verb.cle
ricus,n.80. Fari.in d.q.8 ſub n.3.in fin.Carol.
de Graſ.in d.1.effe.cler.n.388 Ioa Fran a Pōt.
in deci.9.n.4.Grat.lib.2.diſcep.fore.c.340.n.
39.& Cened.in prac.qq.Cano.q.4.num.3.*
Et tāto magis in his terminis ſuſtine-
tur hęc conſuetudo, in quibus allegātur
contra priuilegia prætenſus titulus Ba-
ronis & attentata acta iuriſdictionalia,
quæ prætēdit Dñs Archiepſ eſſe de men
ſa ſuę Archiepalis Eccleſię, quę eſt de iu-
re patronatus S.C.M. *ad trad. per Aufrer.
de poteſ.ſecul.ſuper eccleſ.in 2.reg.Fall.25.n.
25.* qui teſtatur de conſuetudine Frāciæ
vbi iudices ſeculares cognoſcunt etiam
cōtra clericos de cauſis eccleſiaſticis be-
neficiorū, quorū collatio, ſeu ius patro-
natus ſpectat ad Regē, quod eſſe de vſu
Galliæ, Angliæ, Vngariæ. & Apuliæ, in-
quit *Bouad. in 2.lib.polit. cap.18.num.223.*
Ad cuius conſuetudinis validitatē, per
quā iudices Straticoriales vti regij dele-
gati cognoſcūt, & declarant, an ſint con
tra regia priuilegia Meſſanæ, attentata à
perſonis eccleſiaſticis conſidero illam
rōnabilem eſſe, nā dum per actū allega-
tionis cōtra priuilegia id quæritur, & dē
eo agitur, vtiū de interpretatione priui-
legiorū à Rege conceſſorū, an vel ne re-
fragentur his, quæ allegātur tendere cō-
tra illa, vtiq; ad principē hoc pertinet, à
quo priuilegia ipſa fluxerūt, ſeu ad illius
iudices, quos ad hoc ſpecialiter fecit de-
19 legatos, nempe † à Principe debet inter-
pretari Priuilegiū quod ipſe cōcedit, *ad
tex.in l.ex facto & ibi DD.ff.de vulg.& pupil.
ſubſti.l.fi.C de legib.l.Neratius ff.de reg.iur.
c.cū veniſſent & ibid.Abb.Dec.& alij,de iu-
di.c.inter alia, de ſent.excom. & c.ordinarij,
§.ſi verò,de offi ord.in 6.Fel.in c.qualiter, &
qñ el 1.nn.29.de accuſ. Rui.in conſ.38. nu.8.
vol.1.Alex.in cōſ.216.n.13.vol.3.Lana.cōſ.
18 n.1. Mant.de taci. & ambig.lib.2.tit.1.n.
55.& ſeq.Gaill.lib.1.obſer.1.nn.7.Surd.conſ.
558.n.6.* eius enim eſt interpretari actū,
cuius eſt cōdere, ſeu actū facere, *Anch.
in cōſ.398. Premitto, in fin.Alex.in cōſ.216.
n.13.vol.2.Dec.in c.1.in 1.notab.de offi.deleg.
Rip.in d.l.ex facto, n.6. Decia.conſ.36.n.8.cū
ſeq.vol.5 Gutieres.lib 3 qq prac.q 28.nu.3.
Maſcar.de gene.ſtat.interpret.concl.2.n.146.
Menoch.conſ.3 nu.22.& in conſ.684.nu.23.
Dec.conſ.3.num.17.vol.1. & Surd.in conſil.
383.nu.18.Garz de nobil.glo.1.§.1.nu 2.*
Nec allegari poteſt pro euitanda hac
conſuetudine, forſitan defecus ſcientię
Principis, videlicet R.Pontificis, quę re-

Digitized by Google

20 quiritur ad inducendã cõſuetudinẽ legi cõtrariam, *ad not. in d. l. de quib. ff. de legib. Tiraq. poſt Oldr. & alios, quos citat, de iure primog. quæſt. 4 numer. 39. Capi. in Inueſti. in Rub. feud. diuiſ. ſub verſ. Sublimita primo, fol. 165. Curt. iun. de feud. in 4. par. quæſt. 30. verſic. ſecũdo limitatur, fol. 436. in parua impreſ. & Roland. in conſil. 48. numer. 33. volum. 4.* Nam hæc praxis, ſeu conſuetudo, qua attenta, iudices Straticotiales declarant cõtra priuilegia allegata in his, quæ prælati, & perſonæ eccleſiaſticæ attentant contra illa, & præſertim circa vſum iuriſdictionis in præiudicium iſtorum Priuilegiorum Meſſanæ, eſt tam notoria ex reitiratis actis, qđ nullatenus poteſt tergiuerſari ex capite ignorantiæ, (quæ
21 † in notorijs non præſumitur,) *Capic. in decis. 69. num. 15. Crau. conſil. 204. numer. 6. Gram. deciſ. 36. num. 18. Dec. capi 2. nu. mihi. 19. de conſtit. Rot. Genu. deciſ. 14. numer. 15. Menoch. de arbit. caſ. 186. num. 8.* Saltem reſpectu Prælatorum, contra quos aliàs in ſimilibus fuerunt propoſiti actus allegationis contra priuilegia, & declarati per Iudices d. Curiæ Straticotialis, quorum Prælatorum ſcientia ſufficit, ſicut de officialium ſcientia, quæ ſufficit in præſcriptione contra Principem, *Bart. in leg. ſi publicani §. fin. n. 2. & ibid. Imol. n. 4. ff. de publi. Balb. de præſcrip. in 3 par. 5. par. princ. q. 3. n. 8. Burſ. conſil. 104. nu. 19. tradit Intrigli. de feud. q. 39. n. 40. & 41. ex citatis per Gabr. lib. cõm. op. u. in tit. de præſcript. Concluſ. 1. nu. 64. quib. accedit Natt. in conſ. 672. Alba. conſ. 64. n. 51. Rot. diuerſ. deciſ. 620. n. 5. in 1. par. Burſ. in conſil. 104. n. 9. Pereg. in conſil. 5. num. 29. volum. 2. & in tract. de iure fiſ. lib. 6. tit. 8. ſub num. 26. Surd. deciſ. 4. num. 6. & in conſil. 335. num. 55. volum. 3. & Gutier. prac. quæſt. lib. 1. quæſt. 85. num. 3.*

Tertio & vltimo principaliter mouet ſubiecta materia rei, de qua quæritur in meritis huius allegationis contra Priuilegia, nempe in illius meritis contenditur, an ille titulus Baronis in Caſali Lardariæ, de quo ſe intitulat ipſe Dominus Archiepiſcopus, vnà cum attẽtatis actis Iuriſdictionalibus, ſint, vel ne contra priuilegia Meſſanæ, & ſic an verè ipſe dominus Archiepiſcopus ſit, vel, ne Baro cũ iuriſdictione d. Caſalis, vel in hoc refragẽtur Vrbis Meſſanę priuilegia, & ſic
22 de re feudali quęritur, † nam quomodocumq; ſumitur iſte terminus Baro, ſemper ſupponit Baronem eſſe feudatariũ, itaque ſi in genere iſte titulus conſideratur, vtique comprehendit tenentes feuda dignitatis, *vt ſentit Bar. in l. 1. num. 79. C. de dign. lib. 12. Feudiſt. in capit. 1. §. ſimiliter, vbi præſertim Iſer. & Affli. de Capi. qui cur. vend. Bal. in capit. innotuit, num. 28. de elect. Cram. deciſ. 34. nu. 6 & infr. Frec de ſubfeud. lib. 1. de orig. Baro. num. 5 & lib. 2. in tit. quis dicat. Com. nu. 40. & infr. Decian. conſil. 31. num. 147. vol. 1. Cannet. in cap. Volentes §. in verſ. nu. 13 fol. 205. Cumi. in cap. ſi aliquem in verb. antiquis num. 257. Intrigl. de feud. q. 8. num. 132. Surd. in conſil. 453. num. 36. vol. 3. Schrader de feud. part. 10 ſectio. 1. numer. 25. Capibl. de aucto. Baro. in proem. nu. 3. & infr.* Et præſertim in hoc Regno vtriuſque Siciliæ, in quo Baro dicitur omnis feudatarius, qui habet iuriſdictionẽ in eius Caſtro, oppido, ſeu villa ſibi à Rege conceſſa, *Frec. de ſubfeud. in d. tit. de orig. Baro. num. 8. ad tradita per eundem ibid. nu. 26. & 39. Petr. de Greg de conceſ. feud. par. 2. quæſt. 3. in fin. Canne. in d. capit. Volentes, in d. §. In verſic. nume. 15. Cumi. in Prælud. capit. ſi aliquem, nume. 187. ad tradita per Bal. in capit. 1. §. Marchio, nu. 5. de his qui feud. dare poſſ. Curt. iun. in conſil. 212. numer. 10. libro tertio, & in tract. de feud. in 2. par. in tit. de feud. larco. numer. 3. in fin. Boſſ. in tit. de Princip. num. 4. Riminal. Iun. in conſilio 215. numero 153. volum. 2. Gregor. Tholoſ. Syntag. Iur. capitulo 10. numer. 5. Paul. de Montepic. in conſilio 25. Camil de Curt. in 1 part diuerſ. Iuris feud. in § licet, ante numer. 68. Cabed. in deciſ. 104. numer. 3 Menoch. in conſil. 1110. num. 5. 6. & 7. Intrigli. in d quæſt. 8 numer. 3. 4. &*
23 *5. & ibid. num.* [illegible] quod in hoc Siciliæ Regno vltra Farum, ſimplex feudatarius dicitur, vulgari ſermone, Baro, quod refert *idem Menoch. in d. conſil. 1110. nu. 7. qui ex Curt. & Boſſ.* inquit hoc idem ſeruari in ſtatu Mediolan. ad late *tradita per Maſtril. in tract. de magis. lib 4. capitu. 1.*
24 † Vnde ex his ſequitur quod cauſa iſta quæ in meritis iſtis deducitur, eſt feudalis *Bal. in cap. 1 §. ſi qua controuerſia, num. 2. verſ. Et ſi quæras, de pac. Conſt.* vbi ait, quod vbicunque fit commemoratio feudi ad intẽtionem fundandam, coadiuuandã, vel repellendam, tam in petitorio, quam in poſſeſſorio, dicitur cauſa feudalis, *Pet. de Greg. de indic. cauſ. feud. quæſt. 1. Milaneſ. in deciſ. 6 præſertim nu. 20 in 1. par. Intrigli. cent. 2 de feud. arti. 84. num 83. Caſtil. deciſ. 15. per totã, conuenit quod tradit Par de Put. in trac. de reinteg. feud. c. 198. Incip. An citatus n. 10. Mart. de Iuriſdi. in 4. par. cent. 1. caſ. 89. n. 21.* Itaq; vbi cã qũocunq; tãgit feudum,

Digitized by Google

dum, dicitur eſſe feudalis, etiam ſi de re
particulari agatur. Canoni. in cap. Ceterum, de iudic. Alex. in conſil. ... col. 2. & 3. vol. 5. Petr. de Gregor. de Indic. cauſ. feud. quæſt. 5. qui ait hanc ſententiam in hoc Siciliæ Regno ſeruari per M. R. Curiã; Quapropter, ſi hæc meritaque cognoſcuntur in actu contra priuilegia, de quo quæritur, faciunt cauſam eſſe feudalem vtique iudex competens eſt dominus directus, & ſic S. C. M. à qua ipſe dominus Archiepiſcopus huiuſmodi prætenſam Baro-
